A. gr. b.
1408

Digitized by Google

a gr. b. 1408
Eratosthenes

Digitized by Google

Digitized by Google

Auct. Gr. Vet. ~~104~~. 124.
pag. 565.

Digitized by Google

ERATOSTHENIS
CATASTERISMI

CVM

INTERPRETATIONE LATINA

ET

COMMENTARIO

CVRAVIT

IO. CONRAD. SCHAVBACH,

INSPECTOR LYCEI ILLVSTR. MEININGENSIS.

EPISTOLA C. G. HEYNE

CVM ANIMADVERSIONIBVS IN ERATOSTHENEM

et cum tabulis aere inciſis.

GOTTINGAE,

apud VANDENHOECK et RVPRECHT,

1795.

I. C.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

Praeter aſtronomiae hiſtoriam, varia *Eratoſthenis* doctrina, aetas, qua vixit, ipſiusque mythologiae ratio, ſuadere poterant, ut *Cataſterismi* iterum in lucem prodirent. Quibus adductus rationibus hunc auctorem aggredi eaque, quae in eo notatu digna mihi viſa ſunt, publice proponere doctorumque virorum judicio ſubjicere auſus ſum, omiſſis tamen iis, quae ad rem literariam ſpectant, quae alio tempore ſum expoſiturus. Conſtitui enim, ſi id lectorum aſſenſu fieri poteſt, reliqua omnia, quae exſtant, *Eratoſthenis* fragmenta colligere.

Antequam vero ad hunc auctoris noſtri libellum explicandum manus admoveri poterat, ipſe contextus acriori judicio ſubjiciendus erat, quia per monachorum aliorumque, quid? quod antiquio-

An den Buchbinder. Dieſe vier Seiten folgen gleich nach dem Titel.

Digitized by Google

quiorum, vel ignorantiam vel incuriam multa in eo depravata et turbata, alia omiſſa, alia inſerta et adjecta ſunt; quo factum eſt, ut libellus nimis mutilatus et plane deformis ad nos perveniret. Quae quidem ſors eo magis lugenda eſt, quod ad reſtituendum et emendandum auctorem omni fere deſtituti ſumus ope et medela, atque omnis ſpes ſalutis tum in conjecturis criticis tum in *Theonis*, *Hygini* et *Scholiaſtae Germanici* fide et teſtimoniis reſidet.

Multa quidem in eo jam *Arnaldi*, *Ruhnkenii*, *Valkenarii*, *Weſſelingii* acumine, inprimis vero ſtudio et cura *Koppierſii* (*obſervata philologica cap.* 8. *ſeqq.*) in melius mutata ſunt; multa tamen adhuc ſuperſunt, quae correctione egeant, de quibus alia *Ill. Heyne* reſtituit, Praeceptor Venerandus, qui ſemper ſingulari cura ſaluti meae conſuluit, alia ipſe *Germanico* et *Hygino* ducibus emendare auſus ſum; in aliis *Phavorinus* et *Eudocia*, qui auctorem noſtrum exſcripſerunt, conjecturae occaſionem dederunt. Textum ad *Galei* editionem in opuſculis mythologicis excudendum curavi

Digitized by Google

ravi una cum ejusdem auctoris latina interpretatione.

In ſtellarum locis deſcribendis *Bode V. Cl.* ſecutus ſum, qui tabulis ſuis (*Vorſtellung der Geſtirne* cet.) hemiſphaeria duo ad annum o p. Chr. n. computata addidit. Stellam α in cauda urſae minoris, quae noſtro tempore polaris vocatur, ad calculum, quem *Ill. Kaeſtner* benigne mecum communicavit, inſerui, aſcenſionem rectam 346°,49′,42″ et declinationem 78°,8′,23″. Reliquas, quae addendae erant, ipſe attuli, obliquitate ecliptices (quam *Eratoſthenes* ipſe obſervavit 23°, 51′) uſus 23°, 54′ ſecundum tabulas motuum ſolis *Ill. de Zach*, ubi ea in explicatione tabularum pag. 52 ad annum 1782 ponitur 23°, 28′, 9″, 5. Figuris vero, quae in iiſdem tabulis ad globum Farneſianum expreſſae ſunt, uti non poteram, cum a tergo conſpiciantur, *Eratoſthenes* vero omnes a fronte deſcriptas eſſe voluerit, cf. cap. 9 et 22. Praeterea propria ſphaerae Eratoſtheneae ratio eaque diverſa ab aliis ex ſingulis libelli capitibus tabuliſque facile apparet.

Prae-

Digitized by Google

Praeterea notandum, libellum jam anno elapſo paratum et miſſum eſſe, ut excuderetur. Praeter opinionem vero factum eſt, ut nunc demum in lucem prodiret. Libri igitur partim ad mythologiam partim ad aſtronomiam ſpectantes, (praecipue *Voſs mythologiſche Briefe),* ſingulis capitibus conferendi ſunt.

Scr. Meiningae menſe Nov. CIↃIↃCCLXXXXV.

J. C. Schaubach.

Corrigenda.

pag. 96. l. 33. 35. pag. 100. l. 5. pag. 105. l. 40. pro Bad. leg. Bode.

In tabula ipſa vellem utique mature ſatis monitum chalcographum emendaſſe in tab. I. *Cepheum*, qui ſine corona, ſceptro et veſte in manu exhibendus erat; porro Gemellis ſagitta et clava, Virgini autem palma in manu non bene addita eſt. Verum haec monuiſſe ſatis eſt.

Nachricht an den Buchbinder.

Die Kupfer müſſen ſo gebunden werden, daß ſie ganz heraus geſchlagen werden können.

DE

Digitized by Google

DE

FABVLA ASTRONOMICA.

PRAEMONITA.

Fabula aſtronomica eandem originem et ſortem cum reliquis mythorum generibus habuiſſe videtur. In Theogoniis enim, Cosmogoniis et gentium hiſtoriis deſcribendis, ubi rerum naturam et cauſas perſcrutari, phaenomenorum vim et effectum explicare, in populorum origines inquirere aut alia animi ſenſa exprimere conati ſunt homines facultate imaginandi foecunda et praeſentiſſima praediti, omni vero et verborum et litterarum ope deſtituti, ad ſigna confugerunt, omnia in facta commutarunt et narrationibus expoſuerunt. Quae quidem omnia deinde a lyricis, tragicis et grammaticis aliisque diverſimode tractata, mutata et exornata ſunt; quo factum eſt, ut iis, qui mythologiam ad conſtitu-

Digitized by Google

tam aliquam notionem revocare vellent, impedimenta objicerentur haud exigua.

Aſtronomiae idem accidit. Cujus originem ad eandem aetatem redire, fabuliſque eſſe implicitam, narrationes de *Atlante*, *Aſtraeo*, *Chirone*, *Hercule* aliisque paſſim traditae ſatis ſuperque probant. Atque cum in ſiderum hiſtoriis non philoſophemata vel notiones, ut vocant, abſtractas exprimere, ſed res in ſenſus incurrentes nominare aut inventi alicujus honorem poſteris tradere vellent: factum eſt, ut in iis ſideribus, quae ex prima antiquitate originem ducunt, hominum, beſtiarum aut aliarum rerum in agro obviarum nomina occurrant, rarius autem res geſtae aut facta viſu et auditu mirabilia narrentur. Quae quidem ſaeculi indoles conſpicienda eſt modo in ſtellarum motus, ortus, occaſus, modo in virium quarundam, quas illis tribuere ſolebant, explicatione.

Scilicet corporum coeleſtium motus obſervare homini rudi, agreſti, nomadum more ſub miti et ſereno coelo viventi ejusque curioſo, res videbatur non contemnenda, quippe quae ejus mentem attentam faceret, et temporis ſpatium emetiendi et conſtituendi praeberet occaſionem. Verum iſti homines parum exculti ingenii ſtellas tantum pri-

Digitized by Google

primae magnitudinis, *Arcturum*, *Sirium*, *Capellam*, *α in Aquila*, ſeu aſtra ſplendida et forma conſpicua, *Urſam majorem*, *Virginem*, *Hyades*, *Plejades*, *Scorpium*, *Leonem*, *Oriona*, *Leporem*; *Eridanum et jam Cygnum* forte (de *Lyra* res dubia eſt) obſervarunt: *Urſae minoris* ſidus ſecundum *Theonem* ad *Aratum* (*Phaen. v. 26.*) *Nauplius*, *Palamedes* vero teſte *Nauplio* ipſo (*v. Achill. Tat. in Arat. Petav. Uranol. pag. 73.*) *Urſam majorem* et *Sirium* in coelo collocavit. Praeterea in *Homeri* et *Heſiodi* ſcriptis *Bootes*, forte *Arcturus* tantum, *Hyades*, *Plejades* atque *Orion* occurrunt, quibus et auctore noſtro *Virginem* annumerare velim. De reliquorum vero paulo ante allatorum ſiderum origine, aetate et auctoribus, etſi nihil conſtitui poteſt; id tamen notatu mihi dignum viſum eſt, *Aratum*, qui *Heſiodum* ante oculos habuit, de nullis niſi de *Navi*, *Equo et Centauro* fabulas attingere; unde, etiam ſi non omnia ex *Heſiodo* deducta ſint, tamen caeteris antiquiora eſſe, equidem exiſtimo. *Ophiuchus* enim, *Engonaſin* et alia ſidera, ex ſtellis minoris magnitudinis compoſita aut nullis certis limitibus circumſcripta, aut per magnam ſphaerae partem magis diffuſa quam ut formari poſſent, exercitatiores requirebant ſenſus et crebriorem contemplationem, inprimis quod ſtellae

ad horizontem verſantes, latius diſtractae, ad coeli medium vero appropinquantes arctius conſertae apparent. Poſt *Homerum* igitur aſtronomia cum reliquis cognitionis humanae partibus ex incunabulis egreſſa, oratione ſymbolica remota rebusque omnibus ad certas quasdam rationes revocatis, viri ingenio florentes alias ſtellas adhuc ſparſas colligere ſideribusque jam a majoribus conſtitutis alia adhuc ignota apponere inceperunt, fabulas vero novas non addiderunt, ſed ex reliquorum mythologiae partibus tantum petitas ſingulis applicaverunt. Quod tamen raro factum eſſe ex ipſo *Arati* poemate patet. His temporibus *Cynoſurae* et paullo poſt *Cephei*, *Caſſiepeiae*, *Andromedae*, *Perſei*que ſidera ex Phoenicia ad Graecos profecta eſſe videntur. *Cleoſtratus Tenedius Arietem*, *Sagittarium* (*Plin. hiſt. nat. II*, 8.) et *Hoedos* (*Hygin. P. A. II*, 13.) appoſuit. De reliquorum auctoribus et tempore, quo quaeque ſeu ad Graecos ex aliena ſphaera allata ſeu ab ipſis inventa ſint, nil conſtitui poteſt. Quid vero ex fabularum comparatione forte deduci poſſit, in ſingulis capitibus uberius ſumus expoſituri.

Atqui lugendum eſt, nulla cum omnino de aſtronomiae ratione inter Graecos et progreſſu, tum de fabulis aſtronomicis ſupereſſe documenta,

ſi

Digitized by Google

ſi perpauca iſta fragmenta, quae jam attulimus, exceperis. Philoſophi enim magis de mundi, coeli ſtellarumque natura diſputaſſe, quam de ſiderum ortu et mundi ordine commentati eſſe, easque res agricolis maxime reliquiſſe videntur. Praeter *Thaletem* et *Ionicos*, *Pythagoram* ejusque diſcipulos hanc ſcientiam coluiſſe notum eſt, a quibus *Eudoxus*, *Archytae* diſcipulus, et, qui eum ſecutus eſt, *Aratus* ſiderum ſphaeraeque cognitionem acceperunt; uterque tamen *rudi Minerva* obſervaſſe dicendus eſt. Ptolemaeorum ſaeculi obſervationes ſenſim majori ſtudio ac ſubtilitate inſtitutae, fabulaeque a grammaticis aliisque hujus aevi viris doctis collectae ſunt, qui tamen doctrinae varietate et imitationis ſtudio adducti multa de ſuis addiderunt et ſyſtemata quisque ſua compoſuerunt. Hinc factum eſt, ut non ſolum ad aſtra ſingula, ſed ad plura etiam ſidera collatos ex aliis mythologiae partibus ſingulos mythos conferrent iisque accommodarent. De quibus, quamquam, ut mos eorum fert, multa confunduntur, nobis tamen eſſet in optatis, ut plura reſtarent documenta. At praeter auctoris noſtri libellum nonnullasque lacinias ex *Hegeſianactis*, *Parmeniſci*, *Hermippi*, *Iſtri* et poſteriori tempore *Nigidii Figuli* commentariis ab *Hygino* et *Germanico* nobis ſervatas, omnia inter-

 iere

iere. Quid itaque mirum, ſi in illuſtrando auctore noſtro, ſi quam mythis aſtronomicis operam dare conabimur, ad ſingulorum fragmentorum collationem et interpretationem confugiendum erit!

Quod ad ordinem, quem *Eratoſthenes* ſequitur, attinet, obſervandum eſt, eum ex *Arati* mente in deſcribendo hemiſphaerio boreali a polo arctico incipere et a quatuor iſtis, qui circa hunc polum poſiti ſunt, cataſterismis, ab *Urſa majore, minore, Dracone* et *Cepheo*, ad alios ejusdem fere aſcenſionis rectae prioribus iſtis ſubjectos usque ad eclipticam progredi; in auſtrali vero maxime ab *Orione* filum ducere.

VIRO

Digitized by Google

VIRO CLARISSIMO

IO. CONRADO SCHAVBACH

S. P.

C. G. HEYNE.

Quod a me poſtulaſti, vir clariſſime, ut cu-ris tuis in Eratoſthenis libellum opera mea auctarium aliquod accederet, poteras id quidem ita poſtulare, ut ſatis verecunde illud a me pe-tiiſſe videreris, ego autem, ſi renuerem, invere-cundius illud negare viderer: quandoquidem haec tua in Eratoſthene expoliendo opera jam eo tempore erat inchoata, cum in Ilfeldenſi Paeda-gogio Regio, cui bonum numen faveat, juven-tuti in mathematicis et phyſicis elementis erudi-endae vacares, mihique adeo hoc, quicquid eſt, officii impoſitum eſſet, ut tua litterarum bona-rum ſtudia, quorum jam ante in academia no-ſtra fundamenta jacta eſſe videram, quacunque poſſem, ratione juvarem et excitarem. Neque, poſteaquam inde in patriam evocatus eras in lo-

Digitized by Google

cum Inſpectoris Lycei illuſtris Meiningenſis, antiquam neceſſitudinem repente ejerare aut licuit aut decuit, ut, quod antea cum facilitate et benevolentia annueram, nunc moroſe et inhumane renuerem, ne viderer aut officium per calumniam deſeruiſſe aut tibi aliqua in re, qua te juvare et ornare poſſem, defuiſſe. Etſi verendum mihi eſſe videbam, ne mea hac facilitate iniquioribus indiciis locum facerem, cum ſtudium meum familiares et amicos in forum litterarium producendi ad arrogantiam vel vanitatem referrent. Verumtamen dudum mihi ita conſtitutum fuit, ut, quod munus, officium et ſtatio, in qua conſtitutus ſum, a me poſtularet, primo loco exquirerem, tum vero altero loco reputarem, quid de eo judicaturi ſint alii, et an recte; ita malui nimia forte facilitate et liberalitate in tuendis aliorum utilitatibus et ſtudiis peccare, quam aſperitate et duritie mihi ipſi diſplicere; meque mature ita comparavi, ut, quicquid in litteras utilitatis a me proficiſci poſſet, id jure a me poſtulari arbitrarer, neque ad me judicium pertinere putarem, rectene alter aut beneficio meo uſus ſit aut officio ſuo benevolentia et pietate in me ſatisfecerit. Itaque nulla ullius iniquitate ab officio me paſſus ſum avocari, omninoque religioni duxi, ullius hominis ſtudia et conatus, etſi in iis eſſet, quod parum probarem, aſpere monendo retundere, contra, quoties officium et perſona impoſita poſtulavit, ut cenſoris partes agerem, leniſſime reprehendendo malui excitare et, quantum fieri poſſet, ad meliora traducere; ſperoque me, quando ex vita abiturus ſum, eam ſaltem laudem eſſe

eſſe relicturum, quae in noto marmore occurrit: *nemini maledixit.* Diſſenſus tolerare, ad officium referre ſoleo; meo enim in loco, et in his ſtudiis antiquariis et criticis, ſi ad contentiones et rixas deſcendere velim, quantum equidem bonarum litterarum honori et laudi detracturus ſim, facile, vel me non monente, aſſequeris; in tantis autem popularium meorum erga me ſtudiis nec id a me expectari video, et fore inconſultum, ſi utilioribus litteris bonae horae fructum ſubducere velim. Certabo cum nemine, etſi injuria provocatus; ſi tamen certabo, certamen eſto, uter de litteris melius merebitur. Atque haec quidem inter nos; quandoquidem haec et ſimilia in ſermone quidem familiari ferri poſſunt, ab iis autem, quae publice evulgantur, alieniſſima ſunt; neque ſatis mirari queo, quomodo aliquis privata ſeu ſtudia in alios ſeu odia et ſimultates publice ſcriptis proponere, ſeque tanti eſſe putare poſſit, ut alios de iis admodum laboraturos eſſe credat; id populus curat ſcilicet!

Verum ad Eratoſthenem redeundum eſt, cujus expoliendi curam tuto tibi committi putabam, quia litteras antiquas cum ſtudiis mathematicis conjungis; libellus autem, per ſe admodum utilis, vitiis adhuc jacebat foedatus turpiſſimis; dignus tamen qui adoleſcentum antiquae doctrinae ſtudioſorum manibus tereretur: inprimis cum hac aetate ſanius mythologiae ſtudium radices egerit et conjunctis virorum doctorum ſtudiis laetius, quam unquam antea, effloruerit, quippe ad pauca eaque ſimpliciſſima, ex ipſa mythorum per ſua ge-

genera et tempora fonteſque et rivulos diſpoſitorum natura depromta, praecepta revocatum. Intactum adhuc manſerat genus mythorum aſtronomicum: idque eodem tempore, quo tu, vir clariſſime, in *Eratoſthenis Cataſterismis* adornandis verſabaris, docte et ſollerter expoſitum eſt a V. Cl. *Martino Gottfried Hermann* in *operis*, quo omnem mythologiam ad certa auctorum genera revocavit, *mythologici vol. III.* cum jam his ipſis annis (XCII.) *Arati* nova recenſio edita eſſet a doctiſſimo viro, *Jo. Theoph. Buhle*, Prof. Gottingenſi. Ita uno eodemque tempore plurium virorum doctorum ſtudiis, etſi per ſe diverſis, effectum tamen eſt, ut totum hoc fabularum genus conſtitueretur, idque cum fructu aliquo ad ipſam hiſtoriam aſtronomiae: acceſſit quoque nobiliſſimi aſtronomi, *J. E. Bode*, illuſtratio Claudii Ptolemaei obſervationis et deſcriptionis ſiderum et motus ſphaerae caeleſtis.

Fatendum quidem eſt, mythorum aſtronomicorum non tantam eſſe ſuavitatem et elegantiam, quanta ſit aliorum; cujus rei rationem in eo quaerere licet, quod iis ornandis et variandis poetarum ingenia defuerunt. Sunt tamen multa in iis ex poetis antiquioribus, ex priſca fama, et populari ſuperſtitione petita; haud pauca ad genus mutatarum formarum ſpectant, de quibus *Mellmann* olim noſter docte commentatus erat: (LXXXVI.) Inſunt itaque his mythis multae variaeque doctrinae veſtigia, reliquiae et fragmenta. Verum iniquo fato noſtro evenit, ut libelli hujus generis aut interierint aut miſere foedati, corru-

pti

Digitized by Google

pti et interpolati ad nos pervenerint. Ipſe hic Eratoſthenis libellus pro corpore potius lacero ac diſperſis membris, quam pro ipſo Hippolyto eſt habendus; dehoneſtatus idem lectione ſaepe corrupta et barbara et obſcura.

Probo equidem, vir clariſſime, modeſtiam tuam in redhibenda lectione Eratoſthenea, qualem eam repereras in editis; ſequutus enim es, quantum vidi, editionem ceteris praeſtantiorem Th. Gale, rejectis emendationibus, etiam manifeſtorum vitiorum exploratis, in notas: minus tamen offenſae in lectione libelli, majorque foret jucunditas, ſi minus impedita eſſet oratio locis ſalebroſis et verbis corruptis. Habet autem locum in hoc libello, ſi recte judico, major critices licentia; nam libri forte pars haud exigua non eſt ipſius Eratoſthenis, ſed partim ex eo excerpta aut contracta in brevius, partim alienis laciniis interpolata et onerata. Si recte video, Eratoſthenes nihil aliud egerat, quam ut Arato brevia Scholia ſubjiceret, ſeorſum perſcripta, ut in aliis poetis factum ab aliis. Iis ſua ſuperſtruxit Theo. Mythologicorum enim librorum fere omnium, et in his aſtronomicorum, codices varias manus experti ſunt, aliorum quidem, qui in epitomas redigerent, aliorum, qui ſuis exemplaribus ex aliorum librorum lectione alia adjicerent. Etſi itaque Scholia Arati cum Theonis commentariis aut ex Eratoſthene aut ex auctore, qui inde profecerat, fabulas exſcripſerunt: in multis tamen inter ſe diſſident, et alia habent adjecta alia omiſſa. Nec aliter eveniſſe videas in Hygino et Scholiaſte Germanici, qui

ad

Digitized by Google

ad verbum multa verterunt, poſterior fere pede preſſo; acceſſit tamen in his ignoratio ſermonis graeci, et ipſius patrii ſermonis barbaries; dum igitur voluere contrahere in anguſtius, ſententias multo magis corruperunt, multa, inſertis alienis, obſcurarunt. Itaque nimis verecunda et timida critica in his libris laudem vix habere poteſt; loca ſalebroſa, lacunas et interpolationes, proſcribere malim, quam inutili conjectura tanquam ulcera reſecanda obducere pannis et occultare. Videntur tamen editores minus animi ad talem fiduciam habuiſſe; omninoque, ſi Koppierſii Obſervationes excipias, pauca ſunt de locis interpolatis animadverſa. Omnino notationem, qua origine, quo progreſſu, quibus ſubſidiis hi ſcriptores editi et repetiti ſunt, deſidero. *Eratoſthenis* quidem *notationes ſiderum* ex unico habemus codice Oxonienſi, e quo Jo. Fellus eas edidit 1672. eſt enim mera repetitio, in multis tamen emendatior, altera editio Thomae Gale, adjecta ab eo verſione (Amſt. 1688) in Opuſculis mythologicis, omisſis Felli annotationibus, quibus ille nonnulla emendaverat, alia, (uncis incluſa iſta ſunt in graecis) expleverat, maxime in ſtellarum numeris. Koppiers apographum codicis, ſed Oxonienſis, e quo Fellus librum ediderat, tractavit; necdum alius codex innotuit, praeter unum ex Iriarte. *Scholia ad Germanicum* fuere qui ab ipſo Germanico carmini ex Arato verſo adjecta crederent; ſunt tamen ea tam imperite et barbare ex Eratoſthene, adjectis aliis aliunde, reddita, ut non niſi a ſeriore aliquo homine proficiſci potuiſſe videantur, qui uti Aratum ſcholiis

vide-

viderat graecis inſtructum, ita Germanicum latinis onerare voluit. Edidit ea, ſub nomine *commenti in Sicilia reperti*, Ven. 1488. 4. cum Avieni interpretatione Arati et aliis Victor Piſanus, inde Aldus 1499. inter aſtronomos veteres; tum ea exhibuit editio Morelliana Arati Pariſ. 1559. 4. repetita Colon. Agripp. 1569. fol. et in Aſtronomicis veterum ſcriptis Heidelbergae in offic. Sanctandr. 1589. 8. A Jo. Ch. Schwarzio interpretem Germanici omiſſum eſſe, aegre ferimus. De *Hygini Aſtronomicon Poeticon* libro, qui jam 1482 in lucem prodierat, inde Soteris aliorumque, tandem Munckeri ſalubre ſtudium expertus eſt, jam accurate diſputatum eſt a viris doctis: non niſi ſerioris aevi fetum eſſe, manifeſtum eſſe arbitror. *Arati* autem ejusque commentariorum recenſus *Buhlii* noſtri et viri doctiſſimi, qui de Fabricii bibliotheca Graeca et de tota graeca litteratura egregie meretur, induſtria dedit ampliſſimos.

Quod ſi vir aliquis graece doctus et notitiis aſtronomicis mythicisque ſatis inſtructus, id ſibi oneris imponere vellet, ut ſcriptores illos, ac verius fragmenta, quae in iſtis ſcriptoribus ſuperſunt, critice explorata et emendata in unum corpus redigeret, et virorum, ante memoratorum, obſervatis et notatis ſollerter et docte uteretur: non dubito fore, ut ex his tenebris, quae paſſim adhuc proſpectum eripiunt, ad aliquam ſaltem lucem emergamus. Interea, ut aliquam ipſe ſymbolam afferrem, cum mihi relegenda eſſet recenſio tua Eratoſthenis cum notis a te ſubjectis, appoſui, pace tua, ea, quae mihi, aliis rebus occu-


Digitized by Google

occupato, tumultuaria opera exciderunt. Paucorum lectorum talem opellam eſſe bene intelligo; iis tamen, qui in Eratoſthene, in primis in juvenili inſtitutione, his animadverſionibus uti volent, alicujus frugis eas fore ſpero: poterunt enim pro ſupplemento eorum haberi, quae in tuis jam notis propoſita ſunt. Interea a me effectum eſſe puto, ut perſuaſum tibi habeas, ſedulo me ſemper id curaturum eſſe, ne tuarum utilitatum et ſtudiorum cauſſa officio meo aut expectationi tuae unquam defuiſſe videar. Scr. d. VI. Octobris XCV.

Cap.

Digitized by Google


BOREALE. Tab. I.



Grayse fc.

Digitized by Google

Digitized by Google


STRALE.
Tab. II.
XVII
255
20
10
mus
20
10
105
VII
2 3 4 5 6
pe ſc.

Digitized by Google

Cap. I. *Urſa major.*

Recte defendis verba: ἑλέσθαι — τὴν ἀγωγὴν ποιεῖσθαι. Legerat quoque ſic Schol. Arati Phaen. 27. ut ὀνομάσας εἶναι 31 εἰκονίσας εἶναι 41.

l. 10. μετὰ χρόνον δέ τινα δόξαι εἰσελθεῖν — ex Eratoſthenis uſu eſt δόξαι, *ferri, narrari, credi.* Ita nil mutandum eſſe apparet. Mox l. ult. αὐτὴν alterutro loco, ſive ante ἐξείλετο ſive ante ἔθηκεν eſt delendum; altero loco abeſt in Schol. Arati.

Moratur me adhuc illud διὰ τὴν συγγένειαν, quod etiam in Schol. Arati ad v. 27. legitur. In Hygino Poet. Aſtr. II, 1. redditum videtur verbis: *Jupiter memor peccati.* Ex communi uſu vocis erit: *propter cognationem* ſc. filii, ne filius matrem occideret. Eſt autem templum *Jovis Lycaei* in Arcadiae monte Lycaeo, de quo hic agitur.

Cap. II. *Urſa minor.*

Φοινίκη. *Urſa Phoenicia* eſt *vulgo* appellata. Verum priora capitis turbata eſſe videntur; non enim urſa fuit a Jove compreſſa, ſed puella; forte ſic reſtituenda: αὕτη ἐστὶν ἡ Κυνόσουρα καλουμένη. προσηγορεύθη δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων Φοινίκη. Ἐτιμήθη δὲ ὑπὸ τῆς Ἀρτέμιδος. γνοῦσα γὰρ ἡ θεὰ, ὅτι — Mox l. 4. ἠγρίωσε. ἀγριοῦν idem quod alibi θηριοῦν. ὕστερον δὲ σεσωσμένη — cum illa *ſervata eſſet*, ne a filio occideretur, *et inter ſidera repoſita:* Ut adeo utraque Urſa ad eandem Calliſto referatur.

l. 5. Diana *duplex urſae ſignum dicitur inter ſidera repoſuiſſe:* ἀνατιθεῖσα. Inane ſtudium eſ-

ſet, ſi defenderetur ἀντιθεῖσα, quatenus *ex adverſo* alteri alteram Urſam poſuiſſe dici poteſt.

l. 9. τοὔνομα τοῦτο ἦν importunum hoc gloſſema ex margine videtur eſſe illatum; praeceſſerat jam τῇ καλουμένῃ; quo liberata oratio ſic decurrit: ἀφ' ἧς ἐν μὲν τῇ πόλει, τῇ καλουμένῃ Ἴστρῳ, ἣν οἱ περὶ Νικόστρατον ἔκτισαν, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ λιμένα, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῇ τόπον (f. λόφον) Κυνόσουραν κληθῆναι.

Mox ἐν οὐρανοῖς ſerioris librarii, hominis chriſtiani, eſſe videtur pro ἐν οὐρανῷ.

Cap. III. *Draco.*

l. 9. Hic *deorum hortus*, κῆπος θεῶν, in extremo Occidente, memorabilis: convenit cum aliis mythis de his locis, e Perſeide et Heraclea ductis.

l. 13. μέγιστον δ' ἔχει σημεῖον. ἐπίκειται δὲ αὐτῷ Ἡρακλέους εἴδωλον. Obſcura haec et obſcurius latine reddita. σημεῖον an pro *ſigno*, h. e. *ſidere* dici poſſit, dubito. Senſus eſt: *ejus rei* (draconem eum Heſperidum eſſe) *maximum eſt argumentum hoc, quod appoſitum eſt Herculis ſimulacrum in aſtris.* Etiam Hygin. P. A. II, 3. — "*Juno dicitur hunc ibi cuſtodem poſuiſſe;* hoc etiam ſigni erit, quod *in ſideribus ſupra eum draconem Herculis ſimulacrum oſtenditur*, ut Eratoſthenes demonſtrat: *quare licet intelligere, hunc maxime Draconem dici.*"

Cap. IV. *Engonaſin.*

p. 4. l. 11. τῇ τε εὐωνύμῳ χειρὶ τὴν λεοντῆν περιβεβλημένος. Ad vetuſtiorem Herculis effingendi morem hoc ſpectat in multis ſignis obvium, quod brachium vel manus circumvoluta eſt leonis

nis

nis exuviis, adeoque antiquiorum temporum inventum hoc ſignum eſt. Poſtea enim humeros pelle leonis ars amicire coepit.

Cap. VI. *Serpentarius.*

l. 4. Lenior loci medicina eſſe videtur: τούτου τέχνῃ ἰατρικῇ χρωμένου, — nunc convenit cum ſequentibus: καὶ τῶν θεῶν δυσχερῶς τοῦτο φερόντων. &c. — In ſeqq. καὶ Ἱππόλυτον ἔσχατον τοῦ Θησέως importuno loco ἔσχατον eſt interpoſitum pro καὶ ἔσχατον, *ultimo loco*, Ἱππόλυτον τὸν Θησέως. non τοῦ Ita ſaepe a librariis peccatum. — mirum autem de *ſerpentis* additi cauſſa nil memorari: *ſymbolum* ſcilicet ille *vitae*, *ſalutis* et *valetudinis*. Addita nonnulla videas in Eudocia p. 319. quae non invenio unde hauſta ſint.

ἔχει δὲ ἐπιφάνειαν ἱκανὴν, ἐπὶ τοῦ μεγίστου ἄστρου — εὐσήμῳ τῷ τύπῳ φαινόμενος. h. e. ἐπιφανές ἐστιν ἄστρον. Sic cap. XIV. χάριν δὲ τούτου ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις (ἄστροις) ἐστὶν ὑπὸ Διὸς τιμηθείς. h. e. λαμπροῖς ut cap. ſeq. VII. add. c. XII. pr. cf. ad c. X. pr. Paullo ante c. IV. erat ἐναργῶς ἕστηκε.

Cap. VII. *Scorpius.*

Conf. cap. XXXII. XLII. In fine: προηγεῖται μὲν αὐτοὺς πάντων φαιδρότερος ὢν ὁ — λαμπρὸς ἀστήρ. Lego vel αὐτῶν πάντων (ut c. 12. τῶν τετραπόδων ἡγεῖσθαι) vel αὐτὸς, πάντων φαιδρότερος ὢν, —

Cap. VIII. *Arctophylax.*

l. 4. Τραπεζοῦς ſcribendum ex Τραπεζόεις, όεντος, οῦντος.

l. 7. καὶ ἐν τοῖς ἄστροις ἀνήγαγε. non debent morari pro εἰς τὰ ἄστρα. Ita tamen ſcripſerat c. VIII. et XI. et alibi: unde nunc repente alterum?

Cap. IX. *Virgo.*

Ἀταργάτιν. Emendate edidit Gale. Fellus e Cod. Ἀταργάντην. Eandem eſſe quae Derceto, Plin. V, 23. ſ. 19. et, quae Dea Syria, Strabo XVI. p. 1085. A. (p. 748.) docent.

l. 4. a fine. ἐν πτέρυγι. eſt adeo alata Virgo.

Cap. X. *Gemini.*

ἐν δὲ τῇ Λακωνικῇ τραφέντες ἐπιφάνειαν ἔσχον, φιλαδελφείᾳ δὲ ὑπερήνεγκαν πάντας. Novi ἐπιφάνειαν et ἐπιδημίαν deorum. Neſcio tamen quomodo ſatis cum h. l. conveniat. ἐπιφάνειαν ἔχειν eſt idem atque ἐπιφανῆ εἶναι ut modo vidimus c. VI. *fuere autem inſignes*, *conſpicui*, rebus geſtis.

Cap. XI. *Cancer.*

l. 2. μόνος, Ἡρακλεῖ τῶν ἄλλων συμμαχούντων. qui ſunt autem illi? Ex fabula ap. Apollodor. et alios ſatis conſtat *Iolaum* fuiſſe; fuit adeo Ἡρακλεῖ τοῦ Ἰολάου συμμαχοῦντος, quod jam Gale notavit; aut, quod elegantius, Koppiers Obſſ. p. 108. τῶν περὶ Ἰόλαον συμμαχούντων. Vitium tamen extat quoque in Schol. Arati ad v. 147. et in Phavorin. voc. Καρκῖνος.

p. 9. l. 1. δοκεῖ — συνθλάσαι αὐτὸν, *narratur* eum contriviſſe pede.

l. 2. ὅθεν μεγάλης τιμῆς τετύχηκε — fuit ὁ δὲ μ. ſcilicet Junonis voluntate: ut pr. cap. cf. Hygin. P. A. II, 13.

καλοῦν-

Digitized by Google

l. 3. καλοῦνται δέ τινες αὐτῶν leg. αὐτοῦ. nam *de Cancro* agitur.

l. 14. τὸ δὲ νεφέλιόν ἐστιν ἡ ἐν αὐτῷ ὁρωμένη Φάτνη. Videntur eſſe turbata, et ſic conſtituenda: τὸ δὲ νεφέλιον ἐν αὐτῷ ὁρώμενον ἐστὶν ἡ λεγομένη Φάτνη. De hoc ſidere v. Arat. v. 893 et ad e l. Theo. De ſtellis earumque numero conferendus erat Fellus in annotat. p. 19.

Cap. XII. *Leo.*

l. 4. πρῶτος ἆθλος ἦν εἰς τὸ μνημονευθῆναι. Non commode haec conjuncta; fuit τινὲς δέ φασιν, εἰς τὸ μνημονευθῆναι, ὅτι Ἡρακλέους πρῶτος ἆθλος ἦν. Videtur, qui haec excerpſit, nonnulla omiſiſſe. Alius paullo poſt inſeruit iſta: οὗτός ἐστιν ὁ ἐν τῇ Νεμέᾳ ὑπ' αὐτοῦ φονευθείς. Praefero e Phavorino p. 10. l. 4. ὡς ἔνδοξον ἔργον πεποιηκώς. Sic quoque Eudocia p. 276.

Cap. XIII. *Auriga.*

ὅτι ὁ Ζεὺς εἶδε πρῶτον. haec ex antiquo poeta petita eſſe, color narrationis arguit. Locum in MS. luxatum, reſtituit Fellus.

l. 6. καὶ ἐποιήσατο πρὸς τούτοις ἐπιφανῆ τὴν θυσίαν αὐτῆς σεμνύνων. Ut nunc ſunt verba, ſaltem τὴν ante θυσίαν tollendum et αὐτὴν (deam) σεμνύνων eſt legendum. Ipſam deam σεμνύνεσθαι magis placet, quam τὴν θυσίαν. Pleniora habuit Schol. Germanici: *primum Panathenaea conſtituiſſe arcem templumque aedificaſſe dicitur.* Hygin. P. A. II, 23. *et ſacrificia Minervae et templum in arce Athenienſium primus inſtituit.*

p. 11. l. 2. Ἡφαίστιον haud dubie pro Ἥφαιστον. Poterat tamen et Ἡφαίστου locum habere. In inſidiis hic latuerat Vulcanus, ad opprimendam deam.

l. 6. καὶ αὐξηθεὶς τοῦθ᾽ εὗρε. Nimis longe abeſt τὸ ἅρμα.

l. 8. Ἡνίοχον ἔχων παραβάτην. ergo ſeu *aurigam* ſeu *Heniochum* aliquem. qui non aurigabatur ſed adſtabat pugnaturus? atqui ipſe Erichthonius erat ἡνίοχος. Immo vero delenda vox ἡνίοχον.

l. 11. ὁ καλούμενος ἀποβάτης, aut, quod uſitatius, ὁ ἀποβατικὸς, ſc. ἀγών. ut et leg. in Etymol. pro ἀποβατικῶς. Vel ὁ ἀποβάτης, ut ἐπιβάτης, eſt is ipſe qui deſultor aliquis curulis erat: imitabatur autem illum ἐπιβάτην in eo, quod parmam et galeam criſtatam geſtabat.

l. 18. βδελυττομένους τὴν μορφὴν τῆς παιδός. Nil mutandum; eſt: *puellae*. Nam Αἴξ nunc eſt puella, Solis filia, adeo terribili figura, ut Titanes formam exhorreſcerent, et Terram rogarent, ut eam e conſpectu removeret abſcondendo in antro Cretae. Totus locus adumbratus eſſe videtur ex antiquo aliquo poeta; unde et illa profecta: εἰς μέσην τὴν ῥάχιν Γοργόνος πρόσωπον ἔχειν. Cogitandum eſt *de aegide* pro *ſcuto* habita, *cui* caput Gorgonis inſertum: quod antiquo ſermone declarabat Terrorem. Etiam illa de *ſpecie auguſtiore* ſumta aegide, profecta puto ex poeta: *duplo majorem viſum eſſe Jovem:* καὶ τῇ τέχνῃ φανέντος διπλασίονος.

l. 5. a f. οὐκ ἔχοντος δὲ ὅπλα corrige.

p. 12.

p 12. l. 3. αὐτὴν μὲν φασιν ἄστρον οὐράνιον κατασκευάσαι. poſt κατασκευάσαντος ingratum ſane eſt. Ex Hygino et Schol. Germanici apparet plura excidiſſe: ille enim: *et reliqua oſſa caprina pelle contecta anima donavit, et ſtellis ſiguratam memoriae commendavit.* Scholiaſtes autem, quem egregie emendavit Muncker. ad Hygin. II, 13. p. 379. — *caelique aſtris intulit et ejus pellem aegida appellavit.* ut putes fuiſſe αὐτὴν μὲν ἄστρον οὐράνιον καταστῆσαι καὶ Αἶγα καλέσαι.

Cap. XIV. *Taurus.*

l. 6. χάριν δὲ ἐκείνης ὑπὸ Διὸς ἐτιμήθη τὸ ἄστρον. ultima vox τὸ ἄστρον eſt gloſſema. Forte fuit quoque τιμηθῆναι.

l. 4. a fine: ὃς δὲ ὑπεναντία ἕρπει καθ' ἑαυτὸν ἔχων τὴν κεφαλήν. Emendandum, ὁ δὲ ὑπεναντία ἕρπει. intelligo de Tauro oriente *adverſa* fronte: *Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus.* ap. Virgil. Ge. I, 217. καθ' ἑαυτὸν ἔχων τὴν κεφαλὴν, videtur de *inflexo capite verſus pectus* accipiendum eſſe.

Cap. XV. *Cepheus.*

Comparanda capp. XV. XVI. XVII. XXXVI.

l. 3. τὸ δὲ λοιπὸν εἰς τὸ μέσον πίπτει αὐτοῦ — ultima vox αὐτοῦ aut retrahenda eſt ad τὸ δὲ λοιπὸν αὐτοῦ, εἰς τὸ ἀνὰ μέσον τοῦτε. aut omnino ejicienda.

l. 5. ὡς Εὐριπίδης φησὶ — ſcil. in Andromeda, quam diſerte edit c. XVII. cujus Fragmenta habemus, quibus locus Eratoſthenis eſt praefixus.

Eſt in his verſus e Stobaeo n. XX. *οὐκ ἔστιν, ὅς τις εὐτυχὴς ἔφυ βροτῶν, Ὃν μὴ τὸ θεῖον ὡς τὰ πολλὰ συντελεῖ* ſic emendandus, puto: *ᾧ μὴ τὸ θεῖον εἰς τὰ πολλὰ συντελεῖ* *nemo eſt felix ſine inſigni numinis favore.*

Fuit altera Sophoclis Andromeda e qua fragmenta ſuperſunt.

Cap. XVI. *Caſſiepeia.*

1. Conf. c. XVII. et XXXVI.

l. 3. *εἰσελθεῖν εἰς τὸ σύμπτωμα.* quod dici ſolet *περιπεσεῖν τῷ συμπτώματι, τῇ τύχῃ.*

p. 14. l. 2. *πρόκειται τῷ κήτει ἡ θυγάτηρ οἰκείως* *appoſite, convenienter ut res ipſa poſtulat;* quod eſſe ſolet *εἰκότως.* Dubito tamen an vox *οἰκείως* ab Eratoſthene profecta ſit. Poteſt eſſe interpretamentum; poteſt fuiſſe *οἰκτρῶς.* Certe melius expungitur.

Caput exſcriptum eſt, ſed corruptius a Phavorino in *Κασσιέπεια*, et cap. ſequ. in *Ἀνδρόμεδα*, caput XV. in *Κηφεὺς*, et in Eudoc. p. 260. nullus tamen ex iis fructus proficiſcitur. Nymphas etiam pulcritudine conſpicuas inter deas recte exhiberi in artium operibus, hic mythus arguit.

Cap. XVIII. *Equus.*

l. 6. *Ἄλλοι δὲ τὸν Πήγασον — τῆς Β. πτώσεως.* Gloſſema e margine eſſe neceſſe eſt; nam quod ſequitur: *διὰ δὲ — δοκεῖ* — ad Aratum ſpectant.

l. 17. *Χείρων.* v. cap. XL.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XIX. *Aries.*

ἄφθιτος δὲ ὢν — *immortalis* non erat; nam caeſus mox fuit. Verum *ἄφθιτον* erat ejus *κῶας*, *νάκος*, *vellus*, quia aureum erat. Sic Pindar. P. IV, 410. *στρωμνὰν ἄφθιτον* dixit.

ἔῤῥιψεν αὐτὴν καὶ τὸ κέρας ἀπολέσας. Saepe in hoc libello, ut et in ſimilibus libellis vacat *τὸ καὶ*, quod deprehenſum mihi eſt gloſſema fere e margine arguere. Adſcripſerat et h. l. aliquis ad verba *ἔῤῥιψεν αὐτὴν*, ſive e meliore codice ſive pro interpretamento; *τὸ κέρας ἀπολέσας.* Helle deciderat, cornu, quo apprehenſo ſedebat, diffracto. Nam culpa Arietis haud id evenerat. Omnino autem ab Eratoſthene profecta eſſe videntur tantum haec: — *ἔῤῥιψεν αὐτὴν, τὸν δὲ Φρίξον εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον σωθέντα πρὸς Αἰήτην διεκόμισεν· ᾧ καὶ* (Phrixo) *ἔδωκε τὴν χρυσῆν δορὰν, ὅπως μνημόσυνον ἔχῃ, αὐτὸς δὲ εἰς τὰ ἄστρα ἀπῆλθεν. ὅθεν (detracta pelle) ἀμαυρότερος φαίνεται.*

Cap. XX. *Deltoton.*

l. 3. *ἐπ' αὐτοῦ* referendum eſſet ad eundem *κριόν*. In Schol. Arati ad 233. unde haec exſcripta, eſt *ἀπ' αὐτοῦ*. Sed eſt ejiciendum ineptum gloſſema et lenior medela totius loci: *λέγεται* — *εὔσημον δὲ τὸ γράμμα κεῖσθαι ἀπὸ Διὸς* (*τὸ*, ut eſt in Schol. Arati) *πρῶτον, Ἑρμοῦ θέντος, ὃς τὸν διάκοσμον τῶν ἄστρων ἐποιήσατο. conſpicuam eſſe litteram Διὸς primam, quam Mercurius ibi poſuit, qui primus ſiderum notationem fecit.* Eadem inf. c. XLIII. Hic enim eſt *διάκοσμος τῶν ἄστρων.* quem ad ſuum Thot referebant Aegyptii; extabat quo-

que inter ſcripta Hermeti tributa περὶ διακόσμου τῶν ἀπλανῶν φερομένων ἄστρων. *deſcriptio ſiderum.* Latius patebat Democriti μέγας διάκοσμος, et μικρὸς διάκοσμος, *totius univerſi.*

l. 2. a fine: φασὶ δέ τινες καὶ τὴν τῆς Αἰγύπτου θέσιν ἐκ τοῦ ἐν τοῖς ἄστροις εἶναι τριγώνου. Non asſequor, quomodo *Aegypti poſitio poſſit eſſe ex hoc Delta ſidere.* Reddendum ſaltem per κατὰ τὴν Αἰγύπτου θέσιν, eſſe eam *ſimilem huic.* Sicque ἐκ dictum eſſe videtur c. XXI. ἐκ τοῦ ἐμπροσθίου ποδός, h. e. κατὰ, etſi alio ſenſu: *ab ea parte*, vel *verſus.* Schol. Germanici barbare reddidit: *Quidam vero dicunt*, Aegypti eſſe effigiem, *ſtellis figuratam in tribus angulis*, id eſt, trigono. Schol. Arat. 236. φασὶ δὲ καὶ τὴν τῆς Αἰγύπτου θέσιν εἶναι κατὰ τὸ σχῆμα τοῦ ἐν τοῖς ἄστροις τριγώνου.

ſub fin. — ποιούμενον, καὶ εἰς τὴν τῶν καρπῶν ἀνακομιδὴν εὐχέρειαν ὡρῶν ἐσόμενον (in Felli codice erat ἐσόμενα). Reciſis poſtremis praeferam εὐχερεστέραν. Niſi malis εὐχερεστέραν ἐσομένην. *ad frugum comportationem* enim *Nili tot alvei opportunitates praebent.*

Cap. XXI. *Piſces.*

l. 1. ἔκγονοι. non tam *nepotes*, quam *ſoboles.* Ut Hygin. II, 30. *Eratoſthenes autem ex eo piſce natos dicit:* ubi v. Muncker. cf. cap. XXXVIII.

l. 3. 4. ἑκάτερος κεῖται — διαλλάσσων pro διαλλάξ, recte Schol. Germanici: *ex adverſo caudis utrinque poſitis.* — Quod ſequitur, ὁ δὲ νότιος καλεῖται ex Felli emendatione habemus. Cod. κεῖται iterat. Mox ἐκ τοῦ ἐμπροσθίου ποδὸς τοῦ Κριοῦ, eſt *verſus* pedem Arietis. Niſi fuit ἕως τοῦ, quod

et

Digitized by Google

et in Schol. Arati ad v. 239. legitur. Idem Schol. Germanici: *habent inter ſe alligamentum luteum* (lucidum?) *continens* (pro, continuum) *usque ad priores pedes Arietis.*

l. 8. Poſt ὁ μὲν βόρειος in MS. erat καὶ ἐπὶ τοῦ μυείου β. Eſt ſane τὸ μυίον *alga.* An haec circa piſcem notata fuit in ſphaera?

Cap. XXII. *Perſeus.*

l. 3. ἐπέμφθη. fuit πεμφθείς.

l. 8. Φορκύδας Γραίας εἶχον προφύλακας. In cod. erat ἐν Φόρκυσιν — ἃς εἶχον. Unde Fellus male Φορκίδαι Γραίας εἶχον. Quod correxit Gale. De ſcripturae hujus nominis varietate v. Not. ad Apollod. p. 25. 26. Forte fuit: ποιητὴς, ἃς εἶχον.

p. 18. l. 4. τὴν περὶ τὰ ἄστρα θέσιν. fuit, puto, εἰς τὰ ἄστρα, ut eſt alibi, uti c. XXXI.

Cap. XXIII. *Pleias.*

Ἐπὶ τῆς ἀποτομῆς τοῦ Ταύρου, τῆς καλουμένης ῥάχεως, Πλειάς ἐστι, συνηγμένης δι' αὐτῆς εἰς ἀστέρας ἑπτά. Sunt haec turbata. τῆς καλουμένης aut eſt ejiciendum, aut retrahendum ad ἀποτομῆς. ἀποτομὴν τῆς ῥάχεως jam vidimus cap. XIV. de hoc ipſo Tauro: unde hic locus tantum non transſcriptus eſt. Poſſit videri eſſe extrema pars dorſi; οὗ ἀποτέμνεται ἡ ῥάχις, ſed eſt *ſummitas*, *ſummum dorſum.* συνηγμένη εἰς ἀστέρας ἑπτὰ, *collecta in ſeptem ſtellas*, δι' αὐτῆς, *per dorſum*, qua dorſum patet. Niſi transpoſita ſunt verba: συνηγμένη εἰς ἀστέρας ἑπτά. λέγουσι δὲ αὐτὴν εἶναι τῶν Ἄτλαντος θυγατέρων. *partem* tantum filiarum, nam altera pars erant Hyades.

p. 19.

Digitized by Google

p. 19. l. 1. Κελαινῶ. leg. Κελαινὼ — l. 4. ἐπισημαίνουσι καθ' ὥραν. Erit καθ' ὥραν, abſolute, *debita anni parte, juſtis temporum vicibus*, ἐπισημαίνειν, ſignificare, ſcil. ortu vel occaſu, tempeſtatum vices, imbres, vel ſerenitatem caeli, aeſtatis et hiemis principia. Quod Aratus dixit: 266. Jupiter ὅς σφισι καὶ θέρεος καὶ χείματος ἀρχομένοιο Σημαίνειν ἐκέλευσεν ἐπερχομένου τ' ἀρότοιο. Idem eſt h. l. ἐπισημαίνειν abſolute, *tempeſtates ſignificare* Hae ſunt ἐπισημασίαι ſiderum, dictae quoque pro ipſis tempeſtatum vicibus et mutationibus, ut dixit Ariſtoteles Problem. 26, 13. τὸ δὲ ἐπισημαίνειν ἐστὶ, μεταβολὴν τοῦ ἀέρος ποιεῖν. Inf. XLIII. Mercurius dicitur — καὶ ἐπισημασιῶν καιροὺς δεῖξαι. Mox c. XXIV. de Lyra: ἐπισημασίαν δ' ἔχει — δυομένη καθ' ὥραν. Hygin. II, 21. extr. *Et hae quidem* (Vergiliae) *ampliorem habent honorem, quod, in earum ſigno exoriente ſole, aeſtas ſignificatur, occidente autem hiems oſtenditur, quod aliis non eſt traditum ſignis.* add. Laert. X, 98.

Cap. XXIV. *Lyra.*

Αὕτη ἐννάτη κεῖται ἐν τοῖς ἄστροις. ἐστὶ δὲ Μουσῶν. Pro ἐννέα χορδῶν vel ἐννεάχορδος dictum ἐννάτη eſſe nequit; atque hactenus delendum. Si tamen ſiderum computatio aliqua ἐν ἀστροθεσίᾳ locum habuit, quemadmodum ſup. c. XV. Cepheus erat ὁ τέταρτος ἐν τάξει, potuit etiam Lyra numerari loco nono inter ſidera ſeptentrionalis haemiſphaerii. Nunc video jam a Fello monitum eſſe: "*Nona* haec dicitur, in parallelo nimirum, quo collocatur." Mox καὶ τῶν Ἀπόλλωνος βοῶν ad *nervos* ſeu tendines referendum. In

Hy-

Hymno in Mercur. 51. ſunt *ovilli nervi.* Aliter accepit Schol. Germanici: ubi lyram condidit Mercurius *ex teſtudinis ſimilitudine de Apollinis boum cornibus:* quae eſſe poſſunt duo cornua, πήχεις, inter quae fides intenduntur.

l. 5. 6. καὶ συναρμοσάμενος ᾠδὴν, ultima vox ab interpolatore. Nam concinnata eſt *lyra:* non *carmen.*

l. 10. ὥς τε καὶ ὑπόληψιν ἔχειν. Excidiſſe videtur αὐτοὺς.

l. 11. ὃς τὸν μὲν Διόνυσον. Videtur fuiſſe οὗτος. vel ὁ δὲ τὸν Δ. Mox ὃν καὶ Ἀπόλλωνα προσηγόρευσεν. Fuit adeo hoc Orpheo tributum, quod, cum Sol et Apollo olim diverſa numina fuiſſent, poſtea Apollo cum Sole eodem loco habitus eſt. Latet forte hoc quoque, quod in Orphica diſciplina Dionyſus pro ipſo Sole habitus eſt.

l. 5. a fine: ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Πάγγαιον excidit ἰὼν.

p. 20. l. 5. ἐπισημασίαν ἔχει ἐπὶ τῷ ἐκείνου συμπτώματι δυομένη καθ' ὥραν. Obſcura haec. ἐπισημασίαν vidimus paullo ante ad c. 24. eſſe de *temporum vicibus quae per ſiderum ortus et occaſus ſignificantur.* ἐπισημασίαν ἔχειν eſt idem atque ἐπισημαίνειν. δυομένη καθ' ὥραν ἐπὶ τῷ ἐκείνου συμπτώματι. Haec jungenda videntur; luſerat enim aliquis in hoc ipſo, quod occaſum Lyrae ad luctum referebat ſuper Orphei fato miſerabili.

l. 8. 9. ἐφ' ἑκατέρων ὤμων. Notatum ipſi Hygino P. A. III, 6. ὤμους lyrae dictos eſſe: *in mediis iisdem* (brachiis πήχεσι) *quos* humeros *Eratoſthenes fingit* — at qui *duo pectines* κτένες, in lyra ſint, non aſſequor. Non plectrum, ſed aliquam ly-

lyrae partem intelligendam eſſe apparet. Nunc video Fellum ad κέρατα referre.

Cap. XXV. *Cygnus.*

Οὗτός ἐστιν ὄρνις ὁ καλούμενος μέγας. Non μέγας, ſed ὄρνις vulgare, ut apud Aratum, ac proprium eſt nomen ſideris. Et ſcriptum fuit: οὗτός ἐστιν ὁ καλούμενος ὄρνις, ὃν κύκνῳ εἰκάζουσι.

Sequentia admodum turbata ſunt, nec videntur Eratoſthenea eſſe, praeterquam haec: λέγεται δὲ, τὸν Δία Νεμέσεως ἐρασθῆναι, καὶ ὁμοιωθέντα τῷ ὀρνέῳ τούτῳ καταπτῆναι εἰς Ῥαμνοῦντα — Quae interpoſita ſunt, ab aliis fuere primo adſcripta, poſtea inſerta; itaque nec cohaerent ſatis. πᾶσαν ἤμειβε μορφὴν, *adſcivit omnigenam formam:* quod alias ἠμείβετο εἰς.

l. 10. ἀλλ' οὕτως. quod poetis, *ſicut erat*, ex ipſis Nemeſeos amplexibus. Mox καὶ ante τὸν κτύπον ejiciendum eſt.

Cap. XXVI. *Aquarius.*

l. 8. Bona eſt emendatio loci perturbati, quae in nota affertur. Potuit tamen is qui haec ſcripſit, κρίναντα ad Homerum referre: διὰ τὸ λέγειν αὐτὸν, — ἄξιον κρίναντα αὐτὸν (Ganymedem) τῶν θεῶν. In cod. erat κρίνειν. unde ſuſpicari poſſis fuiſſe: διὰ τὸ λέγειν — καὶ, ἵνα οἰνοχοῇ, ἄξιον κρίνειν αὐτὸν τὸν θεόν. οὕτως, quod in Fello eſt ante πρὸς τὸν Δία, omnino eſt delendum. Turbant tamen haec in medio poſita ordinem ceterorum. Juncta enim ſunt iſta: ὡς ἀνεκομίσθη — ἵνα οἰνοχοῇ, καὶ ὅτι τέτευχεν ἀθανασίας.

Mox

Digitized by Google

Mox iterum intruſa eſſe exiſtimo e margine verba: *εἰς μαρτύριον, ὥς τινες λέγουσι, τῆς εἰρημένης πόσεως τῶν θεῶν ὑπολαμβάνοντες τοῦτο εἶναι.* Quae ſaltem ſic conſtituta eſſe debebant: *ὥς τινες λέγουσιν, εἰς μαρτύριον τῆς εἰρημένης πόσεως τῶν θεῶν ὑπολαμβάνοντες τοῦτο (τὸ ἐκχυθὲν) εἶναι. ut nonnulli ajunt, putantes hoc, quod effunditur, teſtari dictum potum deorum.*

Cap. XXVII. *Capricornus.*

Obſcura ſunt plura in hoc capite. Videamus, quid verba ipſa, nullo alio ſcriptore comparato, ſubjiciant.

Inſcriptio haud dubie eſt indocti hominis. Non Πάν, ſed Αἰγίκερως eſſe debuit. Initium autem capitis hoc: *Οὗτός (ὁ Αἰγίκερως) ἐστι τῷ εἴδει ὅμοιος τῷ Αἰγίπανι. ἐξ ἐκείνου δὲ γέγονεν.* Ultima aut ſunt: *ex Aegipane natus eſt Capricornus*, quod repugnat reliquis; aut ex *Aegipane effictus eſt;* h. e. non alius eſt, quam ipſe Aegipan: habet tamen ab inferiore corpore caudam piſcis: *ἔχει δὲ θηρίου τὰ κάτω μέρη, belluae marinae.* aliis ἰχθύος. In Schol. Arati legitur locus ita: ad 282. *ὁ δὲ Αἰγίκερως ὅμοιός ἐστι τῇ αἰγὶ, κατηστερίσθη δὲ εἰς τιμὴν τοῦ Πανός. εἰς γὰρ τοῦτον (Αἰγικέρωτα) μετεβλήθη (ὁ Πὰν) διωκόμενος μετὰ τῶν ἄλλων θεῶν* ſc. a Typhone.

p. 22. l. 1. *ἐτιμήθη δὲ, honore ſideris eſt affectus* Αἰγίκερως quatenus idem eſt atque Aegipan: adeoque ſimpliciter ſubjectum in ſeqq. eſt *Aegipan.* Saepius autem ad honorem trahitur hoc, ſi quis inter ſidera refertur aut ipſe aut ejus *εἴδωλον. τύπος. μίμημα*: ad hunc enim modum duplicem

cem

Digitized by Google

cem hoc μεταμορφώσεως genus revocari poſſe videbis, ſi attenderis. εἴδωλον quidem 2. 3. 4. 26. τύπος 25. Facit id plerumque Jupiter; 1. 4. 6. 7. 8. 10. 12. etc. interdum tamen et alii dii inter aſtra collocant, ut Diana 18. 2. Apollo 29. 41. Juno 3. 11. Neptunus 31. Bacchus 5. Minerva 15. 17. 22. 35. Mercurius 34. dii omnino 32. 39. et homines 38. Dice ſe ipſam in ſidera retulit 9. et Aries Phrixi 19.

l. 3. ἐν τῇ Ἴδῃ inſititia ſunt; non enim conveniunt cum ὅτε.

l. 5. ἐν ᾧ τοὺς συμμάχους καθώπλισε. *ſigno dato ad pugnam concitavit.* Adhaeſit ἐν ex κόχλον, et ſequentia ſic conſtituenda: καὶ τὸ τοῦ ἤχου Πανικὸν καλούμενον (ſc. δοκεῖ εὑρεῖν *creditur reperiſſe*) δι' ὃ οἱ Τιτᾶνες ἔφυγον. Ita convenit cum Hygino P. A. II, 28. *Hic etiam dicitur, cum Jupiter Titanas oppugnaret, primus obieciſſe hoſtibus timorem, qui* Πανικὸς *appellatur, ut ait Eratoſthenes.*

l. 8. καὶ τὴν αἶγα τὴν μητέρα haud dubie a mala manu ſunt, jugulantque omnem narrationem. Alia eſt illa Αἴξ Amalthea, quam in Auriga vidimus c. 13.

l. 9. διὰ δὲ τὸν κόχλον ἐν τῇ θαλάσσῃ παράσημον ἔχει ἰχθύος. de *cauda piſcis* ei adjecta narrat. Iſta: ἐν τῇ θαλάσσῃ otioſa eſſe videntur, verum excidiſſe ſuſpicor εὑρεῖν. nam ratio ineſt, cur caudam piſcis habeat. Schol. Arati eadem habet l. c. εὗρε δὲ οὗτος τὸν κόχλακα ἐν τῇ θαλάσσῃ. διὸ παράσημον οὐρὰν ἰχθύος ἔχει. Unde apparet, in iis, quae in noſtro ſunt παράσημον ἔχει ἰχθύος excidiſſe οὐρὰν, *inventae conchae inſigne habet caudam piſcis.*

Cap.

Cap. XXVIII. *Sagittarius.*

Sagittarii ſpeciem exhibet Eratoſthenes hanc: *eſſe ſtantem et ſagittam emittentem, cruribus equinis et cauda Satyri.*

l. 4. Κενταύρων δὲ οὐδεὶς τόξῳ κέχρηται. Atqui Chiron Achillem arcum tendere docuit. De pugnis tamen Centaurorum vere illud obſervatum eſt.

l. 7. τὸν Εὐφήμης τῶν Μουσῶν τροφοῦ emend. τῆς Μ. τροφοῦ. *Soſitheus* fuit unus e Pleïade tragicorum. In ſeqq. l. ult. emendata praeclare ſunt ex Germanici Schol. ἐπισημασίαις ἐπαινεῖν, κρότον ποιοῦντα.

p. 23. l. 1. τὸ γὰρ τῆς φωνῆς ἀσαφὲς ἦν ὑπὸ ἑνὸς κρότου σημαινόμενον. Senſu haec carent. Scribe ὑπὸ ἑνὸς Κρότου. attamen vel ſic e margine irrepſiſſe videntur, cum notata eſſent ad ſeqq. Mox et delenda:

l. 4. τῇ τούτου βουλήσει: voluit interpolator dicere *ejus invento.* Male quoque me habet l. 5. ὅσιον ὄντα; etſi reddam: *propter ejus pietatem.*

l. 6. τῇ τῶν χειρῶν χρήσει (pro, διὰ τῆς — χρήσεως, nam *ſagittam arcu emittit*) τὴν τοξείαν προσλαβὼν σύσσημον. niſi potius fuit τῆς τῶν χειρῶν χρήσεως — σύσσημον. *indicio dexteritatis manuum aſſumto arcu et ſagitta.*

l. 7. ἔμεινεν ἡ ἐκείνου πρᾶξις, ſcil. *plauſus,* plaudendi mos.

l. 8. ὅθεν ἐστὶ καὶ πλοῖον αὐτοῦ μαρτύριον, ὅτι πᾶσιν ἔσται σαφής, οὐ μόνον τοῖς ἐν χέρσῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν πελάγει. Acute in Notis video de remigum ad numeros impulſu cum plauſu eſſe cogitatum. Non tamen video, ubi tandem πλοῖον

illud ſit? in caelo nullum Sagittario eſt appoſitum navigium. Immo vero ὅθεν ἐστὶ καὶ πλεῖον αὐτοῦ μαρτύριον, ὅτι πᾶσιν ἐστὶ σαφὴς, οὐ μόνον etc. *Eſt itaque ejus etiam majus indicium*, monumentum, *quod omnibus ille*, tanquam ſidus, *conſpicuus eſt, non modo in terra ſed et in mari verſantibus.* Commode locum Arati 303 ſq. laudat Hermannus, ſenſum recte interpretatus.

Cap. XXIX. *Sagitta.*

l. 2. ὅτε, δὴ — emend. ᾧ τε δὴ, *qua Sagitta.*

l. 5. πρότερον omnino ex pravo interpretamento fluxiſſe videtur. Mox l. 6. καὶ ἐπαύσατο ſc. ὁ Ἀπόλλων. alias, ſi ad Jovem refertur, eſſe debet ἔπαυσε.

Narratio de *ſagitta ex Hyperboreis reportata* parum eſt diſerta: bis dicitur ea perlata eſſe: λέγεται δὲ πρότερον ἀπενηνέχθαι et δοκεῖ δὲ τότε ἀνακομισθῆναι. Unde ſuſpicor prius illud ἀπενηνεχθῆναι potius accipiendum eſſe: *ad Hyperboreos delatam eſſe ſagittam*, unde deinde *creditum eſt, reportatam eam eſſe:* δοκεῖ δὲ (τότε ſic delendum eſt) ἀνακομισθῆναι ὁ οἰστὸς μετὰ τῆς καρποφόρου Δήμητρος διὰ τοῦ ἀέρος. Obſcura haec, forte male excerpta e pleniore loco. Videntur illa διὰ τοῦ ἀέρος jungenda cum ἀνακομισθῆναι; at mirum eſt, quod adjectum eſt: μετὰ τῆς καρποφόρου Δήμητρος *per aerem* eſſe delatam. Si *cum Cerere rediit ſagitta*, poſſit forte animus incidere in errores, usque ad Hyperboreos, Cereris; ſin de *primitiis Hyperboreorum in Delum inſulam miſſis* cogites, inſolens eſt pro *frugibus* in tali oratione τὴν καρποφόρον Δήμητρα dici: niſi poetae verba eſſe putes, aut

aut legas μετὰ τῶν καρπῶν Δήμητρος. De *frugibus* accepit Δήμητρα etiam Hyginus P. A. II, 15. cujus verba ſunt: *Ut Eratoſthenes autem de Sagitta demonſtrat, hac Apollo Cyclopas interfecit — Hanc autem ſagittam in Hyperboreo monte Apollinem defodiſſe. Cum autem Jupiter ignoverit* (ignoverat) *filio, ipſam ſagittam vento* (δι' αέρος) *ad Apollinem perlatam cum frugibus, quae eo tempore naſcebantur* (et, mittebantur?) *Hanc igitur ob cauſſam inter ſidera demonſtrant.*

p. 24. l. 3. *Heraclides Ponticus* ἐν τῷ περὶ δικαιοσύνης. In hoc libro innocentiam hominum Hyperboreorum exemplo illuſtraverat: quo loco fabulas de his plures commemoratas eſſe jam alibi obſervatum eſt. Vid. Pindar. P. X, 67.

l. 6. καταστερίσαι ſi non ejiciendum eſt, eſt ſaltem otioſe appoſitum: εἰς ὑπόμνημα τῆς ἑαυτοῦ μάχης, caedis Cyclopum. Schol. Germanici: *quam ſagittam aſtris illatam in memoriam* virtutis *ſuae reliquit.*

Cap. XXX. *Aquila.*

l. 8. *Aglaoſthenes* ἐν τοῖς Ναξιακοῖς. Supra c. 2. erat ἐν τοῖς Ναξικοῖς: quod et nunc in Hygino legitur P. A. II, 16. Ex utroque loco apparet, illum ſcriptorem fabulas Creticas in ſuam inſulam, Naxon, transtuliſſe, eique vindicaſſe.

γενόμενον τὸν Δία ἐν Κρήτῃ. Scholiaſtes Germanici p. 123. legerat Δία γενόμενον ἀετόν. *Jovem in aquilam transfiguratum Naxiam regionem — petiiſſe.*

l. 5. a fine: Τιτᾶνας, καὶ ἀετὸν — del. καὶ ante ἀετόν. Niſi excidit καὶ ἱερεύσαντος. Nam Hygin. l. c. *ſacrificanti ei aquilam auſpicatam.*

Cap. XXXI. *Delphinus.*

l. 5. ὡς δὲ καὶ αἱ πλεῖσται Νηρηΐδες ἐκρύπτοντο. Reſtitues orationem ἀκονιτὶ, ſi gloſſema αἱ πλεῖσται ejeceris. Mox l. 7. ἐξέπεμψε μαστῆρας ſine dubitatione verum erat.

Νέκταρ ἢ Θυτήριον. 39.

Τοῦτό ἐϛιν ἐν ᾧ πρῶτον οἱ θεοὶ τὴν συνωμοσίαν ἔθεντο, ὅτε ἐπὶ Κρόνον ὁ Ζεὺς ἐϛράτευσεν. ἐπιτυχόντες δὲ τῆς πράξεως, ἔθηκαν καὶ αὐτὸ ἐν τῷ οὐρανῷ εἰς μνημόσυνον· ὃ καὶ εἰς τὰ συμπόσια οἱ ἄνθρωποι φέρουσι καὶ θύουσιν, οἱ κοινωνεῖν ἀλλήλοις προαιρούμενοι καὶ ὀμνύειν, καὶ τῇ χειρὶ ἐφάπτονται τῇ δεξιᾷ, μαρτύριον εὐγνωμοσύνης τοῦτο ἡγούμενοι. ἔχει δὲ ἀϛέρας ἐπὶ τῆς ἐσχαρίδος β'. ἐπὶ τῆς βάσεως β'. τοὺς πάντας δ'.

Χείρων. 40.

Οὗτος δοκεῖ Χείρων εἶναι, ὁ ἐν τῷ Πηλίῳ οἰκήσας, δικαιοσύνῃ δὲ ὑπερενέγκας πάντας ἀνθρώπους, καὶ παιδεύσας Ἀσκλήπιόν τε καὶ Ἀχιλλέα· ἐφ' ὃν Ἡρα-

κλῆς

κλῆς δοκεῖ ἐλθεῖν δι' ἔρωτα, ᾧ καὶ συνεῖναι ἐν τῷ ἄντρῳ, τιμῶν τὸν Πᾶνα. μόνον δὲ τὸν Κένταυρον οὐκ ἀνεῖλεν, ἀλλ' ἤκουεν αὐτοῦ, καθάπερ Ἀντισθένης φησὶν ὁ σωκρατικὸς ἐν τῷ Ἡρακλεῖ. χρόνον δὲ ἱκανὸν ὁμιλούντων αὐτῶν, ἐκ τῆς φαρέτρας αὐτοῦ βέλος ἐξέπεσεν εἰς τὸν πόδα τοῦ Χείρωνος, καὶ οὕτως ἀποθανόντος αὐτοῦ, ὁ Ζεὺς διὰ τὴν εὐσέβειαν καὶ τὸ σύμπτωμα ἐν τοῖς ἄστροις ἔθηκεν αὐτόν. ἔστι δὲ τὸ θηρίον ἐν ταῖς χερσὶ, πλησίον τοῦ θυτηρίου, ὃ δοκεῖ προσφέρειν θύσων, ὅ ἐστι μέγιστον σημεῖον τῆς εὐσεβείας αὐτοῦ. ἔχει δὲ ἀστέρας ὑπεράνω τῆς κεφαλῆς ἀμαυροὺς γ΄. ἐφ' ἑκατέρων τῶν ὤμων λαμπρὸν α΄. ἐπ' ἀριστεροῦ ἀγκῶνος α΄. ἐπ' ἄκρας χειρὸς α΄. ἐπὶ μέσου τοῦ ἱππείου στήθους α΄. ἐφ' ἑκατέρων τῶν ἐμπροσθίων ὁπλῶν α΄. ἐπὶ ῥάχεως δ΄. ἐπὶ κοιλίας β΄. λαμπρούς. ἐπὶ κέρκου γ΄. ἐπὶ τοῦ ἱππείου ἰσχίου α΄. λαμπρόν. ἐφ' ἑκατέρων τῶν ὀπισθίων γονάτων α΄. ἐφ' ἑκατέρας ὁπλῆς α΄. τοὺς πάντας κδ΄. ἔχει δὲ καὶ ἐν ταῖς χερσὶ τὸ λεγόμενον θηρίον, οὗ ποιοῦσι τὸ σχῆμα τεταγμένον. τινὲς δὲ ἀσκόν φασιν αὐτὸ εἶναι οἴνου, ἐξ οὗ σπένδει τοῖς θεοῖς ἐπὶ τὸ θυτήριον. ἔχει δὲ αὐτὸ ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ θύρσον. ἔχει δὲ ἀστέρας τὸ θηρίον ἐπὶ τῆς κέρκου β΄. ἐπ' ἄκρου τοῦ ὀπισθίου ποδὸς λαμπρὸν α΄. καὶ ἐπὶ τοῦ ἐμπροσθίου ποδὸς α΄. λαμπρόν· καὶ ὑπ' αὐτὸν α΄. ἐπὶ τῆς κεφαλῆς γ΄. τοὺς πάντας η΄.

Κόραξ.

Digitized by Google

Κόραξ. 41.

Τοῦτο τὸ ἄϛρον κοινόν ἐϛιν ἀπὸ πράξεως γεγονὸς ἐναργοῦς. τιμὴν γὰρ ἔχει ὁ κόραξ παρὰ τῷ Ἀπόλλωνι· ἑκάϛῳ γὰρ τῶν θεῶν ὄρνεόν ἐϛιν ἀνακείμενον. θυσίας δὲ γινομένης τοῖς θεοῖς, σπονδὴν πεμφθεὶς ἐνέγκαι ἀπὸ κρήνης τινὸς, ἰδὼν παρὰ τὴν κρήνην συκῆν ὀλίνθους ἔχουσαν, ἔμεινεν ἕως πεπανθῶσιν. μεθ᾽ ἱκανὰς δὲ ἡμέρας πεπανθέντων τούτων, καὶ φαγὼν τῶν συκῶν, αἰσθόμενος τὸ ἁμάρτημα, ἐξαρπάσας καὶ τὸν ἐν τῇ κρήνῃ ὕδρον, ἔφερε σὺν τῷ κρατῆρι· φάσκων αὐτὸν ἐκπίνειν καθ᾽ ἡμέραν τὸ γιγνόμενον ἐν τῇ κρήνῃ ὕδωρ. ὁ δὲ Ἀπόλλων ἐπιγνοὺς τὰ γενόμενα, τῷ μὲν κόρακι ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτιμῶν ἔθηκεν ἱκανὸν τοῦτον τὸν χρόνον διψᾶν· (καθάπερ Ἀριϛοτέλης εἴρηκεν ἐν τοῖς περὶ θηρίων) μνημόνευμα δώσων τῆς εἰς θεοὺς ἁμαρτίας σαφὲς, εἰκονίσας ἐν τοῖς ἄϛροις ἔθηκεν εἶναι τόν τε Ὕδρον, καὶ μὴ δυνάμενον πιεῖν καὶ μὴ προσελθεῖν. ἔχουσι δ᾽ ἀϛέρας, ὁ μὲν Ὕδρος ἐπ᾽ ἄκρας τῆς κεφαλῆς γ΄. λαμπροὺς, ἐπὶ τῆς πρώτης καμπῆς ϛ΄. λαμπρὸν δὲ α΄. τὸν ἔσχατον. ἐπὶ τῆς δευτέρας καμπῆς γ΄. ἐπὶ τῆς τρίτης δ΄. ἐπὶ τῆς τετάρτης β΄. ἀπὸ τῆς ε΄. καμπῆς μέχρι τῆς κέρκου θ΄. ἀμαυρούς· τοὺς πάντας κζ΄. ἔϛι δὲ καὶ ἐπὶ τῆς κέρκου ὁ Κόραξ βλέπων εἰς δυσμάς. ἔχει δ᾽ ἀϛέρας, ἐπὶ τοῦ ῥύγχους ἀμαυρὸν α΄. ἐπὶ τῆς πτέρυγος β΄. ἐπὶ τοῦ ὀρθοπυγίου β΄. ἐφ᾽ ἑκατέρων ποδῶν

ἄκρων

ἄκρων α'. τοὺς πάντας ζ'. τούτου δὲ ἱκανὸν ἀπέχων ἀπὸ τῆς καμπῆς ὁ κρατὴρ κεῖται, ἐγκεκλιμένος πρὸς τὰ γόνατα τῆς παρθένου· ἔχει δὲ ἀςέρας ὁ κρατὴρ ἐπὶ τοῦ χείλους β'. ἀμαυροὺς, ἐπὶ τὸ μέσον β'. καὶ παρὰ τῷ πυθμένι β'. τοὺς πάντας ς'.

Π ρ ο κ ύ ω ν. 42.

Αὐτός ἐςιν ὁ πρὸ τοῦ μεγάλου κυνός. προκύων δὲ λέγεται ὡς πρὸ τοῦ κυνός. Ὠρίωνος δὲ κύων ἐςί· λέγεται δὲ, διὰ τὸ φιλοκύνηγον αὐτὸν εἶναι, ἀνατεθῆναι τοῦτον αὐτῷ· καὶ γὰρ λαγωὸς ἐχόμενος, καὶ ἄλλα θηρία παρ' αὐτὸν συνορᾶται. ἔχει δὲ ἀςέρας γ'. ὧν εἷς ὁ πρῶτος ἀνατέλλει λαμπρὸς, καὶ ποιεῖ ὁμοιότητα τοῦ κυνὸς, διὸ καὶ προκύων καλεῖται, καὶ πρῶτος ἀνατέλλει καὶ δύνει ἐκείνου. τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἄςρα γίνεται ἐν τῷ ζωδιακῷ κύκλῳ, ὃν ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ιβ'. μησὶ. διόπερ καὶ τὰ ζώδια τούτου ἰσάριθμά ἐςιν.

Πέντε Ἀςέρες. 43.

Περὶ τῶν πέντε ἀςέρων τῶν καλουμένων πλανητῶν, διὰ τὸ κίνησιν ἔχειν ἰδίαν αὐτοῖς. λέγονται δὲ θεῶν εἶναι πέντε. πρῶτον μὲν Διὸς φαίνοντα μέγαν. ὁ δεύτερος ἐκλήθη μὲν φαέθων, οὐ μέγας, οὗτος ὠνομάσθη ἀπὸ του Ἡλίου· ὁ δὲ τρίτος Ἄρεως, πυροειδὴς δὲ καλεῖται, οὐ μέγας, τὸ χρῶμα. [ὅμοιος δὲ ἐν τῷ αἰετῷ.] ὁ δὲ τέταρτος φωσφόρος Ἀφροδί-

ροδίτης, λευκὸς τῷ χρώματι, πάντων δὲ μέγιςός ἐςι τούτων τῶν ἄςρων, ὃν καὶ ἑωσφόρον καὶ Φωσφόρον καλοῦσι. πέμπτος δὲ Ἑρμοῦ ςίλβων, λαμπρὸς καὶ μικρός. τῷ δὲ Ἑρμῇ ἐδόθη διὰ τὸ πρῶτον αὐτὸν διάκοσμεν ὁρίσαι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἄςρων τὰς τάξεις καὶ τὰς ὥρας μετρῆσαι, καὶ ἐπισημασιῶν καιροὺς δεῖξαι. ςίλβων δὲ καλεῖται, διὰ τὸ φαντασίαν τοιαύτην αὐτὸν ποιεῖν.

Κύκλος Γαλαξίας. 44.

Οὗτος γίνεται ἐν τοῖς φαινομένοις κύκλοις, ὃν προσαγορεύεσθαί φασι γαλαξίαν· οὐ γὰρ ἐξῆν τοῖς Διὸς υἱοῖς τῆς οὐρανίου τιμῆς μετασχεῖν, εἰ μή τις αὐτῶν θηλάσει τὸν τῆς Ἥρας μασόν. διόπερ φασὶ τὸν Ἑρμῆν ὑπὸ τὴν γένεσιν ἀνακομίσαι τὸν Ἡρακλέα, καὶ προσσχεῖν αὐτὸν τῷ τῆς Ἥρας μαςῷ, τὸν δὲ θηλάζειν. ἐπινοήσασαν δὲ Ἥραν, ἀποσείσασθαι αὐτὸν, καὶ οὕτως ἐκχυθέντος τοῦ περισσεύματος, ἀποτελεσθῆναι τὸν γαλαξίαν κύκλον.

ERA-

Digitized by Google

ERATOSTHENIS
CYRENAEI
CATASTERISMI.

Urſa Major. I.

Heſiodus ait hanc fuiſſe Lycaonis filiam, et in Arcadia habitaſſe, ſtudioqne venationis inductam cum Diana in montibus agitaſſe. Poſtea autem a Jove corruptam fuiſſe, idque celaſſe Deam; ſed jam utero ingraveſcente, cum propediem partus inſtaret, cum lavaretur in flumine, Diana eam deprehendit; quamobrem in urſae ſpeciem Dea irata eam convertit, et, dum eſſet urſa, enixa eſt quem Arcadem vocant. Porro, cum in montibus vagaretur, a quibusdam paſtoribus comprehenſa, cum infante ad Lycaonem adducta eſt pro munere. Poſt aliquantum temporis in Jovis templum, quo eam nefas erat intrare, ſe conjecit, et, cum Arcas filius et Arcades ſecuti eam interficere conarentur, propter legem violatam, Jupiter memor conſuetudinis, eam eripuit, et in aſtris col-

Digitized by Google

locavit, Urſamque nominavit propter id quod evenerat. Habet ſtellas in capite 7, obſcuras, in ſingulis auribus duas, in armo 1. claram, in pectore 2, in ſpina 1. claram, in crure priore 2, in poſteriore 2, in pede extremo 2, in extrema cauda 3. 24. omnes.

Urſa Minor. 2.

Haec eſt quae minor Urſa dicitur, a pluribus autem Phoenice appellatur. Eam Diana magni fecit: ſed cum intellexiſſet a Jove fuiſſe compreſſam, vertit in urſam. Poſtea vero fertur ei ſervatae hunc honorem habuiſſe, aliud videlicet ſimulacrum in aſtris conſtituit, et utrasque Arctos fuiſſe nuncupatas. Aglaoſthenes in Naxiacis dicit, Cynoſuram Jovis nutricem, fuiſſe unam ex Idaeis Nymphis; a qua in urbe Cretae vocata Hiſto, Nicoſtratus conſtituit portum; et circa eum locum Cynoſuram fuiſſe. Aratus autem vocat eam Helicen e Creta, et Jovis fuiſſe nutricem dicit, ob quod caeleſti honore digna fuit. Habet autem ſtellas ſuper ſingulos angulos laterculi ſingulas claras, ſuper caudam 3. claras, fiunt omnes 7. Altera vero praecedentium eſt inferior alia ſtella, quae vocatur Polus, circa quem putatur totus orbis converti.

Serpens. 3.

Hic inter ambas Arctos maximus porrigitur; dicitur autem is eſſe, qui aurea mala cuſtodivit, et ab Her-

Hercule interfectus, locum inter ſidera nactus eſt Junonis beneficio, quae illum conſtituerat cuſtodem malorum Heſperidum. Ait enim Pherecydes, quod, cum duceret Jupiter Junonem in uxorem, et Dii munera offerrent, Terra quoque obtulerit aurea mala: quae Juno videns admirata eſt, et in hortum Deorum inſeri juſſit, qui hortus erat apud Atlantem. Cum autem ab ejus filiabus ea mala perpetuo ſubtraherentur, Juno dicitur hunc ibi cuſtodem poſuiſſe magnitudinis immenſae Serpentem. Habet ſignum plane maximum, et ſupra eum Herculis ſimulachrum oſtenditur, quod Jupiter aſtris intulit, ut ipſa figura manifeſtam certaminis memoriam conſervaret. Habet ſtellas in capite ſplendidas 3. in corpore vero usque ad caudam 12. a ſe invicem diſtantes, diſtenditur inter urſas; ſunt autem omnes 15.

Engonaſin, Ingeniculus. 4.

Hic creditur eſſe Hercules, ſtans ſuper Serpentem; clavam manifeſto extendit, et pellem Leoninam obvolutam habet. Is enim ad aurea mala profectus, fertur peremiſſe ſerpentem, qui in cuſtodia erat conſtitutus; Juno enim ideo eum conſtituit, ut contra Herculem decertaret. Confecto igitur certamine non ſine magno periculo, Jupiter rem geſtam memoria dignam exiſtimavit, et in aſtris ejus ſimulacrum collocavit. Habet autem Serpens caput erectum;

Digitized by Google

ctum; qui vero ei ſuperſtat, unum genu flectit, altero autem pede ejus caput premit, et percutienti ſimilis dextera manu extenta clavam tenet, ſiniſtrae manui pellem Leoninam circumvolvit. Habet autem ſtellas in capite unam claram; in dextero brachio unam itidem claram; et ſingulis humeris ſingulas ſplendidas: in manu extrema unam: in utroque ili ſingulas: quarum clarior eſt a ſiniſtra: in dextero femore duas: in genu unam: in poplite unam: in tibia duas: in pede unam: in dextera manu unam, quae vocatur clava; in pelle Leonina quatuor: ſunt omnes novendecim.

Corona. 5.

Haec corona dicitur eſſe Ariadnes, quam Liber aſtris intulit, quando Dii ejus nuptias in inſula Dia celebrabant. Hac enim primum, ab Horis et Venere accepta, nova nupta coronabatur. Erat autem Vulcani opus, ex auro pretioſo, et gemmis Indicis, facta; talis autem fulgoris fuit, ut ejus ope Theſeus ex Labyrintho liberatus eſſe dicatur. Dicunt etiam ſub Leonis cauda hujus fulgere crines. Habet ſtellas Corona haec novem in circuitu poſitas, quarum 3. ſunt ſplendidae, ad caput Serpentis prope Urſas.

Serpentarius. 6.

Hic eſt Serpentarius qui ſuper Scorpium ſtat, tenens utraque manu ſerpentem. Dicitur eſſe Aeſculapius;

Digitized by Google

lapius, quem Jupiter, in gratiam Apollinis, inter aſtra collocavit. Hic arte medica uſus etiam mortuos in vitam revocavit. Inter quos noviſſimus fuit Hippolytus, Theſei filius. Aegre hoc tulerunt Dii, quod talia praeſtaret Aeſculapius, per quae irriti fiebant eorum honores. Quamobrem iratus ei Jupiter domum ejus cum ipſo fulmine percuſſit. Rogatu autem Apollinis Jupiter inter aſtra conſtituiſſe creditur. Habet autem inſignem claritatem prope maximam ſtellam, quae eſt in Scorpio, ibi enim illuſtri forma conſpicitur. Habet in capite ſtellam unam claram, in ſingulis humeris ſingulas itidem claras, in dextera tres, in ſiniſtra quatuor, in ſingulis lumbis ſingulas, in dextero pede claram unam, ſupra caput Serpentis extremum duas. Sunt omnes ſeptendecim.

Scorpius. 7.

Hic ob magnitudinem in duo dodecatemoria dividitur, etenim ad aliud tenduntur chelae ejus, ad aliud ejus corpus et aculeus. Ajunt hunc ex monte quodam in Chio inſula juſſu Dianae exortum fuiſſe, deinde Orionem percuſſiſſe et occidiſſe. Orion enim inter venandum Dianae vim proterve inferre voluit. Jupiter ſcorpium inter aſtra ſplendida collocavit, ut futuri homines ejus vires et naturam intelligerent. Habet autem ſtellas in unaquaque chela 2. ex his duae priores clarae ſunt, duae aliae ſunt obſcurae;

in fronte 3. claras: in ventre 2: in cauda 5: in aculeo 4: ſtella autem clara in aquilonari chela ceteris praeit, omnibusque clarior eſt. Sunt autem omnes novendecim.

Arctophylax. 8.

Hunc dicunt eſſe Calliſtus et Jovis filium, Arcadem, quem Lycaon membratim diſcerpſit et appoſuit Jovi hoſpiti ſuo ad menſam: Jupiter autem menſam evertit, unde et civitas illa vocatur Trapezus; et hominis crudelitatem deteſtatus, fulmine domum ejus incendit, Arcadem vero compactis membris ſanum fecit, et inter aſtra conſtituit. Habet ſtellas in dextera manu 2, quae non occidunt; in capite claram 1; in ſingulis humeris ſingulas; in ſingulis mamillis 1: in dextera mamilla 1 claram; ſub illa 1 obſcuram. In dextero cubito claram 1; inter utraque genua 1 ſplendidiſſimam, quae eſt Arcturus, in ſingulis pedibus ſingulas claras. Sunt omnes quatuordecim.

Virgo. 9.

Hanc Heſiodus in Theogonia Jovis et Themidis filiam eſſe dicit, et vocari Dicen. Hunc ſecutus in hiſtoria Aratus dicit, eam prius fuiſſe immortalem, et moratam eſſe in terris cum hominibus, et ab illis Dicen appellatam. Poſtquam vero homines ſe ſubtraxiſſent, nec juſtitiam colerent; illa cum iis mini-

Digitized by Google

minime converſata eſt, ſed in montes ſe ſubduxit. Cum autem ſeditiones et bella inter homines arderent, propter eorum ubique graſſantem improbitatem: penitus ſe a terris abſtulit, et in coelos recepit. Feruntur de ea ſermones alii multi. Aliqui enim dicunt eam eſſe Cererem, eo quod ſpicam teneat; nonnulli Iſin; alii Atergatin; quidam vero Fortunam. quare et ſine capite illam informant. Habet autem in capite ſtellam 1. obſcuram, in ſingulis humeris ſingulas, in unaquaque ala 2, quae autem eſt in dextera ala a parte humeri, et extremitate alae vocatur Vindemiator. Habet in utroque cubito ſingulas; in ſingulis manibus, ad extremitates, ſingulas; illa quae in ſiniſtra eſt clara, vocatur Spica; habet in ora tunicae obſcuras ſex, in ſingulis pedibus ſingulas. Sunt omnes novendecim.

Gemini. 10.

Hi dicuntur Dioſcuri; nati ſunt et educati in terra Laconica, ubi maxime ſeſe oſtenderunt, fraterno amore omnes homines vicerunt. Neque enim de imperio, neque de re ulla alia inter ſe contendebant. Jupiter ideo, ut eorum concordiae memoriam immortalem conſtitueret, Geminos eos nominavit, et eandem ſedem in aſtris eis aſſignavit. Horum ille, qui Cancro inſidet, habet ſtellas in capite claram unam: in ſingulis humeris ſingulas claras; dextero cubito

 unam,

unam, dextera manu unam, in ſingulis genubus ſingulas. Alter vero qui ſequitur, habet in capite ſtellam unam claram, in ſiniſtro humero claram unam: in ſingulis mammillis ſingulas, in ſiniſtro cubito unam, in extrema manu unam, in ſiniſtro genu unam; in ſingulis pedibus ſingulas: ſub ſiniſtro pede unam quae vocatur Propus. Sunt ſimul omnes ſeptendecim.

Cancer, ſive Aſelli et Praeſepe. 11.

Cancer in aſtris poſitus eſſe dicitur, beneficio Junonis, quod cum Hercules Hydram debellaret, et ab Iolao adjuvaretur, ſolus Cancer Herculis pedem e lacu proſiliens momorderit, quemadmodum Panyaſis tradit in Heraclea. Igitur iratus Hercules videtur illum pede ſuo conterere. Juno autem magnis honoribus eum decorans XII. ſignorum numero addidit. Sunt in hoc ſigno ſtellae quae a Graecis vocantur ὄνοι, quas Liber in aſtra retulit: habent etiam adjunctum indicium Praeſepe. Horum autem hiſtoria iſta eſt.

Quando adverſus Gigantes Dii bellum gererent: Liber, Vulcanus, et Satyri aſinis inſidentes profecti ſunt ad pugnam; cum autem nondum veniſſent in conſpectum Gigantum, aſini e propinquo rudebant diro cum murmure; quo audito territi fugerunt Gigantes. Idcirco in Cancri ſigno cum honore poſiti ſunt ad occaſum. Habet autem Cancer in teſta duas

ſtellas

ſtellas claras, hae Aſelli ſunt; quae autem eſt circa eum nebula, dicitur Praeſepium, ad quod videntur ſtare. In dextris pedibus ſingulis ſunt ſingulae clarae, in ſiniſtris prior habet duas claras; alter et tertius et quartus in extremo ſimiliter. In ore et in chela dextera tres, itidem in ſiniſtra chela duas magnas. Omnes ſimul ſunt ſeptendecim.

L e o. 12.

Hic eſt nobilis et illuſtris inter ſtellas. A Jove huic animali iſte honos habitus eſt, quod omnium quadrupedum princeps eſſe exiſtimetur. Nonnulli dicunt, hoc primum Herculis certamen fuiſſe memoria dignum. Hercules utique gloriae avidus, hunc ſolum non armis, ſed nudo complexu ſtrangulavit. De eo Piſander Rhodius ſcribit, quod ejus pellem tanquam inſigne praeclari facinoris geſtet. Hic eſt quem in Nemea ſuſtulit. Habet ſtellas in capite tres, in pectore duas, in dextero pede unam claram, in medio ventre unam, ſub ventre unam, in lumbo unam, in poſteriore genu unam, in extremo pede unam, in collo duas, in ſpina tres, in media cauda unam, in ultima cauda unam claram, in ventre unam. Videntur etiam aliae ſeptem ſtellae obſcurae in Triangulo juxta caudam ejus, quae vocantur crines Berenices Euergetidis. Sunt omnes decem et novem.

Auri-

Digitized by Google

Auriga. 13.

Hic eſt Erichthonius, Vulcani et Terrae filius. Hunc, ut ajunt, Jupiter, cum vidiſſet primum inter homines equos quadrigis junxiſſe, admiratus eſt, quod currus ſolaris ſimulachrum inveniſſet; equos enim albos junxit. Hic primus pompam Minervae in arce Athenienſium duxit, et ſolenne ſacrificium in ejus honorem inſuper conſtituit. Euripides ejus nativitatem ſic deſcribit: Vulcanus Minervam adamavit, voluitque cum ea congredi; renuit illa, et virginitatem praeoptavit, et ſe occultavit quodam in loco Atticae, quem ab ipſo Hephaeſtium appellarunt; is enim illi inſidiatus, et ſperans comprehendere, ejus haſta percuſſus eſt, atque adeo depoſuit inſequendi ſtudium, et in pavimentum naturam effudit, unde natus eſt puer, quem Erichthonium vocavit. Erichthonius igitur cum adoleviſſet, currum invenit, et agoniſta factus multum celebratus eſt. Primus Panathenaea fecit, magno ſtudio; habuit Heniochum in curru aſcenſorem, qui parmulam gerebat, et criſtam triplicem in capite, a quo per imitationem venit Ludus qui vocatur Apobates. In hoc ſigno et Capra eſt et Hoedi. Muſaeus ſcribit, Jovem recens natum a Rhea Themidi traditum fuiſſe; Themin vero viciſſim dediſſe infantem Amaltheae, hanc capellam ei admoviſſe, quae et Jovem lactabat. Capellam iſtam fuiſſe Solis filiam, adeo aſpectu terribilem, ut Titanes, Saturni comites, for-

mam

Digitized by Google

mam perhorreſcerent, atque adeo peterent a Terra, ut eam occultaret in quodam Cretae antro. Terra autem in antro clauſam Amaltheae tradidit cuſtodiendam, quae iſtius lacte Jovem educavit; qui cum esſet juvenis bellumque contra Titanas appararet, nec tamen haberet arma, reſponſum eſt ei, ut caprae pelle pro ſcuto uteretur, ideo quod impenetrabilis et terribilis eſſet et ſecundum ſpinam Gorgoneum caput haberet. Hoc itaque fecit Jupiter, et hac arte auguſtior apparens, reliqua oſſa caprae alia pelle contexit, anima donavit et immortalem effecit, coelique, ut ajunt, aſtris intulit. Aliis placet hunc aurigam eſſe Myrtilum, Mercurii filium. Habet ſtellas, in capite unam; in ſingulis humeris ſingulas, quarum ea quae eſt in ſiniſtro clara eſt, et vocatur Capra: in ſingulis cubitis unam, in dextera manu, unam; in ſiniſtra manu, duas; quae vocantur Hoedi. Sunt omnes octo.

Taurus. 14.

Hic inter aſtra collocatus creditur, eo quod Europam vexerit e Phoenicia in Cretam per pelagus; quemadmodum ſcribit Euripides in Phrixo: hujus rei gratia Jupiter eum honorans inter aſtra ſplendiſſima conſtituit. Alii dicunt, bovem eſſe Ius ſimulacrum, in cujus gratiam hoc aſtrum Jupiter honoravit. Tauri autem frontem, et faciem Hyades occupant. Ad ſpinae exciſionem Pleias eſt, ſeptem habens

bens ſtellas, quare et Septaſtris vocatur: ſex tantum ex his conſpiciuntur; ſeptima enim valde obſcura eſt. Habet porro Taurus ſeptem ſtellas, (hic averſus oritur, caput habens in ſe reflexum,) in ſingulis cornibus ſingulas, ad quarum radices, clarior eſt a ſiniſtris; in ſingulis oculis ſingulas; in naribus unam; in ſingulis humeris ſingulas, quae vocantur Hyades; in ſiniſtro genu anteriore unam; in ungulis unam, in dextero genu unam, in collo unam, in dorſo tres, quarum ultima clara eſt; in ventre unam; in pectore unam. Sunt omnes octodecim.

Cepheus. 15.

Cepheus in ordine quarto loco poſitus eſt, quem ſeptentrionalis circulus occupat a pedibus usque ad pectus; reliquus medius eſt arctico et aeſtivo Tropico. Erat ille, ſicut Euripides ſcribit, Aethiopum rex, Andromedae pater, qui filiam ſuam Ceto creditur expoſuiſſe. Eam Perſeus Jovis filius ſervavit; quam ob rem et ipſe pater beneficio Minervae aſtris illatus eſt. Habet quidem ſtellas in capite ſplendidas duas; in ſingulis humeris ſingulas; in ſingulis manibus ſingulas; in ſingulis cubitis ſingulas; in zona 3 obliquas et obſcuras; in medio ventre unam claram; in dextero latere unam; in genu unam; in pede ultimo unam. Sunt omnes quindecim.

Caſſie-

Digitized by Google

Caſſiepeia. 16.

Caſſiepeiam Sophocles, Tragoediarum ſcriptor, dicit in Andromeda, contendiſſe ob pulchritudinem cum Nereidibus, ideoque incidiſſe in calamitatem; Neptunus enim Ceto immiſſo vaſtabat terram; quamobrem Caſſiepeia recte ante Cetum collocatur: figuratur autem prope in ſella ſedens. Habet illa in capite ſtellam claram unam, in dextero cubito obſcuram unam; in manu unam, in genu unam; in pede extremo unam; in pectore unam obſcuram, in ſiniſtro femore unam claram; in genu unam claram; in laterculo unam; in unoquoque angulo ſellae in qua ſedet ſingulas. Sunt omnes tredecim.

Andromeda. 17.

Andromeda collocata eſt in aſtris beneficio Minervae, Perſei laborum aeternum monimentum; manus extendit, quemadmodum Ceto appoſita fuit; eaque cum a Perſeo liberata eſſet, neque Patri neque Matri voluit amplius commorari, ſed continuo cum Perſeo ad Argos magno animo profecta eſt. Haec manifeſto ſcribit Euripides, in dramate quod de ea fecit. Habet ſtellas in capite, claram 1. in ſingulis humeris ſingulas; in dextero pede duas; in ſiniſtro pede 1; in zona 3; ſub zona 4; in ſingulis genibus ſingulas claras, in dextero pede unam. Sunt omnes viginti.

Equus.

Digitized by Google

Equus. 18.

Equi prior tantum pars usque ad umbilicum cernitur. Aratus ſcribit, eundem eſſe, qui in Helicone ungula fontem aperuit, quem Hipprocrenen dicunt. Nonnulli vero Pegaſum eſſe volunt, qui ad aſtra evolavit poſt Bellorophontis caſum. Quod ipſum aliis videtur incredibile, quia alas minime habet. Euripides igitur vult eſſe Melanippen, Chironis filiam, quae ab Aeolo decepta corrumpebatur; et gravida facta profugit in montes, et dum ibi pareret, intervenit pater eam requirens. Haec autem deprehenſa, ne cognoſceretur, precata eſt, ut transformaretur; unde in equam converſa eſt. Propter pietatem igitur et ſuam et patris, Diana eam in aſtris collocavit; quare et inviſibilis Centauro (is enim Chiron eſſe creditur) permanet. Hujus poſteriores partes corporis propter feminei ſexus pudorem non videntur. Habet autem ſtellas in facie claras duas; in capite unam obſcuram, in gena unam; in ſingulis auriculis ſingulas claras; in collo quatuor, quarum illa quae propior capiti, ſplendidior eſt; in humero unam; in pectore unam; in ſpina unam; in extremo umbilico unam claram; in prioribus genibus duas; in ſingulis ungulis ſingulas. Fiunt omnes octodecim.

Aries.

Digitized by Google

Aries. 19.

Hic exiſtimatur eſſe, qui Phrixum et Hellen per mare vexit. Erat autem immortalis, et datus eſt iis a matre Nephele. Habuit auratam pellem, ut Heſiodus et Pherecydes ſcribunt. Cum autem eos transportaret per anguſtum illud pelagus, quod ab Helles nomine Helleſpontus dicitur, ipſam praecipitavit et cornu perdidit. Helle autem a Neptuno ſervata eſt; qui congreſſus cum ea puerum Paeonem nomine genuit. Phrixus autem in pontum Euxinum evadens pervenit ad Aeeten, cui pellem auream in Jovis templo dedit, ut memoria ejus extaret. Ipſe vero ad ſidera aſcendit, unde obſcurius cernitur. Habet ſtellas in capite 1, in naribus 3, in collo 2 in anteriori pede ultimo 1 claram, in ſpina 4. in cauda 1. ſub ventre 3. in coxa 1. in ſummitate ſingulorum pedum poſteriorum 1. Sunt omnes octodecim.

Deltoton. 20.

Super caput Arietis jacet ſignum hoc. Eſt autem paullo obſcurius; a prima litera in Jovis nomine Διὸς clare deformatum eſt, Mercurio ponente, qui aſtrorum mundum deſcripſit. Nonnulli volunt Aegypti poſitionem eſſe ab hoc in aſtris Triangulo, et Nilum talem ambitum regionis facere, ita ut ſimul ſecuritatem ei praeſtet, et ad ſementem faciendam leviorem reddat, et ad fruges comportandas commodam facul-

D tatem

tatem miniſtret. Habet ſtellas 3. claras ad ſingulos angulos.

Piſces. 21.

Hi ſunt majoris Piſcis nepotes, de quo hiſtoriam clarius trademus, quando ad illum perveniemus: horum uterque jacet ex adverſo caudis utrinque poſitis; unus Aquilonius, alter Auſtralis dicitur. Habent inter ſe alligamentum perveniens a priore pede Arietis. Aquilonalis habet ſtellas duodecim; Auſtralis quindecim: alligamentum, quo continentur, in parte Boreae ſtellas habet tres; in parte Noti tres; ad orientem tres. Sunt omnes et duorum piſcium, et alligamenti, ſtellae triginta novem.

Perſeus. 22.

De Perſeo narratur, quod in aſtris collocatus eſt propter ſui nobilitatem. Jupiter enim in ſimilitudinem aurei imbris converſus, eum ex Danaë genuit. Eum Polydectes miſit ad Gorgonas. A Mercurio galeam et talaria accepit, quorum ope per aëra iter fecit. Accepit etiam a Vulcano Harpen adamantinam, quemadmodum ſcribit Aeſchylus in Phorcydibus. Gorgones iſtae Phorcydas anus habuerunt vigiles. Hae autem unum oculum habebant, quem ſibi invicem quaeque ſuo tempore tradentes vigilabant. Hunc Perſeus, dum traderetur, nactus in palu-

dem

Digitized by Google

dem Tritonida projecit, atque ita ad Gorgonas dormientes feſtinat, ubi caput Meduſae abſtulit, quod Pallas in ſuo pectore geſſit. Perſeo autem ſedem inter aſtra conceſſit, unde et nunc cernitur cum Gorgonis capite. Habet ſtellas in capite unam; in ſingulis humeris ſingulas claras; in extremitate manus dexterae unam claram; in cubito unam, in ſiniſtra manu extrema unam; qua manu caput Gorgonis tenere exiſtimatur. in ventre unam, in dextero femore unam, in genibus ſingulis ſingulas; in ſingulis tibiis ſingulas; in pede unam obſcuram, circa Gorgonis crines tres. Caput autem et Harpe ſunt ſine ſtellis, cernuntur autem per quendam nebuloſum circulum, ut aliqui volunt. Sunt autem omnes octodecim.

Pleias. 23.

Ad exciſionem, ut dicitur, ſpinae Tauri collocatur Pleias, quae per eam in ſeptem ſtellas colligitur. Dicunt eſſe de numero filiarum Atlantis, quare et ſeptaſtris dicitur. Non autem ſeptem conſpiciuntur, ſed ſex, cujus rei haec affertur ratio. Sex enim ajunt Diis nupſiſſe, ſeptimam vero mortali. Cum Jove concubuiſſe tres; quarum Electra peperit Dardanum; Maja Mercurium; Taygete Lacedaemonem. Neptuno duae nupſerunt; Alcyone, ex qua genuit Hyrieum, et Celaeno, ex qua genuit Leucum. Sterope Marti conjuncta eſt, ex qua Oenomaus genitus eſt.

Digitized by Google

eſt. Merope vero Siſypho mortali nupſit, ideoque plane obſcura eſt. Sunt autem inter homines valde celebres, quoniam tempeſtatem anni ſignificant. Habent autem ſecundum Hipparchum bene invicem conſtitutae poſitionem figurae Trigonalis.

Lyra. 24.

Haec nona eſt in aſtris, et eſt Muſarum. Mercurius eam primo fecit e teſtudine et Apollinis boum nervis. Habuit ſeptem chordas ad numerum Atlantidum. Accepit eam Apollo, qui eam ad cantum inſtruens dedit Orpheo, Calliopes, unius Muſarum, filio, qui novem chordas fecit ad numerum Muſarum, et tantum profecit opinione artis apud homines, ut crederetur petras et feras modulando commovere. Porro Liberum patrem Orpheus non honorabat, ſed Solem Deorum maximum exiſtimabat, et Apollinis nomine colebat: nocte etiam conſurgens in Pangaeo monte ſedebat, ortum ſolis expectans ut primus eum ſalutaret. Liber itaque indignatus immiſit Baſſaridas, ut Aeſchylus poëta ſcribit, quae illum lacerarent, et membratim diſcerperent. Muſae autem membra collecta ſepelierunt in Libethris, lyramque ejus cui darent non invenientes, impetrarunt a Jove, ut in aſtra referret, in Orphei et earum memoriam. Quo annuente in aſtra pervenit, et habet ejus caſus ſignificationem, occidens certo tem-

tempore. Habet ſtellas in ſingulis pectinibus ſingulas, in ſingulis cubitis ſingulas; in extremitate unam; in ſingulis humeris unam; in jugo unam; in baſi unam candidam et claram. Sunt omnes novem.

Cygnus. 25.

Hic eſt avis magna dicta, quam cygno aſſimulant. Dicunt Jovem ſub hujus forma Nemeſin amaſſe, quoniam illa ſe vertebat in omnes formas (ut virginitatem ſervaret) et cygnum denique factam eſſe. Quare et Jupiter converſus in formam hujus avis, ad Rhamnuntem Atticae volavit, ubi Nemeſin compreſſit. Illa ovum peperit, unde excluſa et nata eſt Helena, ut refert Crates poëta. Porro Jupiter, quoniam non depoſuit cygni formam, ſed cum ea in coelos avolavit, Cygni quoque figuram in aſtris fecit, qualem ipſe volans induerat. Habet ſtellas in capite unam claram; in collo unam claram; in dextera ala quinque; in corpore quatuor; in orthopygio unam permagnam. Sunt omnes duodecim.

Aquarius. 26.

Hic videtur dici Aquarius ab ipſa ſpecie. Stat enim pelvim tenens in manu, et multum videtur effundere liquorem. Nonnulli volunt hunc eſſe Ganymedem, conjecturae ſuae hoc ſignum eſſe ſufficiens credentes, quod ſimulacrum videtur ſimile vinum

Digitized by Google

fundenti, et adducunt poëtam pro teſte, qui dicit, quod ad Jovem Ganymedes raptus erat, ad miniſterium poculorum, ob formae praeſtantiam dignus diis exiſtimatus, et quoniam immortalitatem accepit hominibus antea incognitam. Effuſio illa nectari asſimulatur (is enim potus deorum) et volunt hoc esſe ſignum iſtius potus, ut quidam aſſerunt. Habet in capite ſtellas obſcuras duas, in ſingulis humeris ſingulas, et quidem magnas, in ſingulis cubitis ſingulas; in extrema manu dextra, unam claram; in ſingulis mammillis ſingulas; ſub utraque mamilla ſingulas; in coxa ſiniſtra unam; in ſingulis genibus ſingulas; in dextera tibia unam; in utroque pede unam. Sunt omnes ſeptendecim. Effuſio vero aquae a ſiniſtris fit. Habet ſtellas triginta, quarum duae ſunt ſplendidae, caeterae obſcurae.

Pan ſive Capricornus. 27.

Hic ſimilitudinem habet Aegipanis, a quo genitus eſt; habet partes inferiores ferae, cornua vero in capite. Hunc honorem aſſequutus eſt, eo quod cum Jove nutritus ſit, quemadmodum Epimenides in Creticis ſcribit; nam in Ida cum Jove erat, quando ad Titanicum bellum profectus eſt. Hic videtur inveniſſe concham, eaque inſtruxiſſe commilitones, et clamorem quoque Panicum, propter quem Titanes fugerunt. Jupiter ideo recepto imperio in aſtris eum col-

Digitized by Google

collocavit, et matrem ejus capram. Quod autem concham inveniſſet in mari, ideo caudam Piſcis adjunctam habet. Stellas in ſingulis cornibus ſingulas claras habet; in capite 2; in collo 3; in pectore 2; in pede anteriori 1; in ſpina 7; in ventre 5; in cauda 2. claras. Sunt omnes 24.

Sagittarius. 28.

Hic eſt Sagittarius, quem complures Centaurum eſſe volunt. Alii negarunt, hac de cauſa, quod quadrupes non appareat, ſed erectus ſtet; et quod nullus Centaurorum ſagittis unquam uſus fuerit. Iſte autem vir crura habet equi, et caudam qualem habent Satyri. Quare hac in re fidem non habent, et contendunt potius eſſe Crotum, filium Euphemes, Muſarum nutricis. Inhabitabat is Heliconem, ibique plurimum verſabatur. Cum autem ſagittandi peritiam nactus eſſet, Muſae victum ei ſilveſtrem dedere, quemadmodum ſcribit Soſitheus. Saepius itaque agens cum Muſis, audiensque eas, plauſu ſuo earum cantus diſtinguebat. Vocis autem ſignificatio ab uno facta ſono obſcura erat, unde alii hunc conſpicientes ad idem faciendum inducti ſunt. Quapropter Muſae hujus officio celebriores factae, rogarunt Jovem, ut hominis pietatem illuſtrem efficeret; itaque in aſtris collocatus eſt, adjunctum habens manuum agilitatis indicium ſagittas. Manſit etiam in-

ter homines diu ſtudium, cujus teſtimonium eſt navigium. Quare omnibus eſt conſpicuus, non tantum in terra ſed etiam in mari agentibus. Quapropter errant, qui eum Centaurum eſſe ſcribunt. Habet ſtellas in capite 2; in arcu 2; in ſagittae cuſpide 2; in dextero cubito 1; in manu extrema 1; in ventre claram 1; in ſpina 2; in cauda 1; in genu anteriori 1; in ungula 1. Sunt omnes 14. reliquae 7. ſubter crura ſimiles ſunt poſterioribus, quae clare et integre non apparent.

Sagitta. 29.

Telum hoc ſagitta eſt. Hac Apollo, ut ajunt, interfecit Cyclopas, qui fulmen Jovi fecerant, quo Aeſculapius interfectus fuit. Hanc autem ſagittam in Hyperboreis occultavit Apollo, ubi eſt templum de alis factum. Dicunt etiam prius perlatam fuiſſe ad Apollinem, quo tempore Jupiter eum caedis abſolvit, et ab Admeti ſervitio liberavit. Qua de re Euripides in Alceſtide ſcribit. Videtur vero tunc ſagitta perlata fuiſſe per aërem ſimul cum frugibus Cereris. Erat autem permagna, uti ſcribit Heraclides Ponticus in libro de Juſtitia. Quapropter eam Apollo in aſtra collocavit, ut pugnae ſuae monumentum eſſet. Habet ſtellas quatuor: in ſummo 1; in medio obſcuram 1; in chelis 2; quarum una ſplendidior eſt. Sunt omnes 4.

Aquila.

Digitized by Google

Aquila. 30.

Aquila haec eſt, quae Ganymedem in coelum rapuit, et Jovi tradidit, ut eſſet ei a poculis. Quamquam et aliam ob cauſam in aſtris poſitus ſit, eo quod, cum Dii omnes volucres inter ſe dividerent, hanc Jupiter ſibi delegit. Sola omnium volucrum contra Solem volat, nec tamen ejus radiis opprimitur, et inter omnes primatum tenet. Deformatur autem pennis extenſis, volanti ſimilis. Aglaoſthenes dicit in Naxiacis, Jovem in Creta enutritum fuiſſe, et, cum ibi magno ſtudio quaereretur, inde ſurreptum fuiſſe et in Naxum delatum. Is poſtquam perveniſſet ad virilem aetatem, Deorum regnum accepit. E Naxo adverſus Titanas profecto, Aquila illi ſe comitem oſtendit, quo ille bono omine uſus Aquilam ſibi ſacram fecit, et in aſtra retulit; et haec eſt ratio honoris, quem in coelis nactus eſt. Habet ſtellas 4. quarum media clara eſt.

Delphinus. 31.

Delphinus hic in aſtris collocatus eſſe dicitur hanc ob cauſam. Neptunus Amphitriten voluit in conjugem accipere; illa verecundata ad Atlantem confugit, cupiens ſervare virginitatem, quemadmodum et aliae Nereides ſeſe abſcondebant. Illam igitur latitantem complures miſit Neptunus, qui ſibi ambirent; inter alios Delphinum. Hic igitur circa inſulas Atlanticas

D 5 mo-

Digitized by Google

moram faciens, in eam incidit, ſuisque ſuaſionibus ad Neptunum duxit, qui ea accepta, maximos honores in mari Delphino exhibuit, ſacrum ſibi denominavit, et inter ſidera ejus effigiem collocavit. Porro, qui Neptuno gratificari volunt, ejus ſimulacrum faciunt, Delphinum in manu habens ad teſtandam beneficentiae gratitudinem. Haec de Delphino ſcribit Artemidorus in elegis, quos de amore compoſuit. Habet ſtellas in ore unam; in collo duas; in ea pinna, quae eſt in ventre, tres; in tergo unam; in cauda duas. Sunt omnes novem. Dicunt hoc animal Muſicam adamare, quoniam ſtellas habet juxta Muſarum numerum.

Orion. 32.

Hunc Heſiodus Neptuni filium dicit, ex Euryale Minois filia; cui dono datum erat ſupra fluctus ambulare, veluti ſuper terram. Venit is Chium, et Oenopionis filiam Meropen per vinum compreſſit. Hac re cognita Oenopion, aegre ferens injuriam, eum excaecavit, eque inſula ejecit. Ille errabundus venit Lemnum ad Vulcanum, qui hominis miſertus dedit ei quendam de familia ſua nomine Cedalionem, qui eum pro duce dirigeret. Orion hunc in humeros ſuſtulit, ut viam ſibi commonſtraret. Tendens itaque orientem verſus, ad Solem acceſſit, a quo ſanatus eſt. Deinde ut ſe ulciſceretur ad Oenopionem reverſus eſt, qui a ſuis ſub terra cuſtoditus eſt. Orion igitur

igitur poſtquam eum deſperaſſet invenire, Cretam eſt profectus, et in venando ultra modum oblectatus eſt; una autem cum eo erant Diana et Latona; et (ut exiſtimatur) ſe nullam feram in terris relicturum minabatur. Quapropter Tellus indignata Scorpium ei immiſit mirae magnitudinis, cujus aculeo percuſſus interiit. Sed Jupiter Dianae et Latonae rogatu eum in aſtris collocavit propter fortitudinem, quemadmodum et Scorpium quoque, in rei memoriam. Nonnulli dicunt autem hunc, cum adoleviſſet, Dianam adamaviſſe, quae ei Scorpium immiſit, a quo percuſſus interiit; Deorum vero miſeratione perveniſſe in aſtra uti et beluam, in rei geſtae memoriam. Habet ſtellas in capite 3. obſcuras; in ſingulis humeris ſingulas claras; in dextero cubito 1; in extrema manu 1; in zona 3; in gladio 3. obſcuras; in ſingulis genibus unam claram; in ſingulis pedibus ſimiliter 1. claram. Sunt omnes ſeptendecim.

Canis. 33.

De hoc ſcribitur, quod Europae cum Dracone cuſtos datus eſt; quae utraque Minos accepit, idemque Procridi dono dedit, quia ejus morbum ſanaſſet. Poſt aliquod tempus Cephalus utraque poſſedit, Procridis maritus, qui hunc ad Thebas duxit adverſus Vulpem, de qua Oraculum ferebatur, eam a nullo poſſe interfici. Jupiter igitur cum nihil aliud reſta-

ret,

ret, Vulpem convertit in lapidem; Canem vero dignum exiſtimavit, qui in aſtra referretur. Alii dicunt hunc fuiſſe canem Orionis, et dominum in venando ſecutum eſſe, (ſolent enim canes contra feras cum venatoribus pugnare) deinde inter aſtra poſitum, quo tempore Orion eo aſcendit. quod ideo veriſimile eſt, quoniam eorum nihil omiſſum fuit, quae Orioni acciderant. Habet ſtellas in capite unam, quae dicitur Iſis; in lingua unam, quam Sirium vocant, magnam quidem illam et ſplendidam; hujusmodi porro ſtellas Aſtrologi Sirios vocant, propter flammae vibrationem; in ſingulis humeris ſingulas obſcuras; in pectore duas; in ſpina duas; in pede anteriore tres; in ventre duas; in ſiniſtro lumbo unam; in pede extremo unam; in dextero pede unam; in cauda quatuor. Sunt omnes viginti.

Lepus. 34.

Hic inventus eſt in Cynegia, et propter velocitatem hoc animal Mercurius collocavit in aſtris. Ex omnibus quadrupedibus videtur plurimos foetus edere, quorum quosdam parit, quosdam vero in utero habet, ſicut Ariſtoteles Philoſophus dicit in opere ſuo de Animalibus. Habet ſtellas in ſingulis auribus ſingulas; in corpore 3, quarum illa, quae eſt in ſpina, ſplendet; in ſingulis pedibus poſterioribus ſingulas. Sunt omnes 7.

Argo.

Digitized by Google

Argo. 35.

Hanc beneficio Minervae inter aſtra collocatam dicunt. Haec prima omnium navis facta eſt antiquis temporibus; vocalis etiam fuit, et prima mare hominibus pervium fecit, et ut poſteritati exemplum eſſet manifeſtum, in aſtris ejus ſimulacrum poſitum eſt, non quidem totum ſed a temonibus usque ad malum, ut eam inſpicientes nautae bono eſſent animo inter navigandum, ſimulque ejus gloria, utpote inter Deos poſitae, eſſet immortalis. Habet ſtellas in puppe 4. in ſingulis temonibus 5; in altero 4, in ſtelide ſumma 3; in cataſtromate 5, ſub canna 6. conjunctim. Sunt omnes 27.

Cetus. 36.

Dicitur a Neptuno miſſus ad Cepheum propter Caſſiepeiam, quae cum Nereidibus forma contendebat. Perſeus eum interfecit, ideoque ut hujus facinoris eſſet monumentum, in aſtra relatus eſt. Haec memoriae prodidit Sophocles Tragoediarum poëta in Andromeda. Habet ſtellas in cauda extrema 2. obſcuras; A cauda usque ad gibbum ejus ſub utero quinque, ſub ventre 6. Sunt omnes 13.

Eridanus. 37.

Hic exoritur ex ſiniſtro pede Orionis. Ab Arato dicitur Eridanus, ſed nullam de eo attulit declaratio-

tionem. Alii rectiſſime putant, eum eſſe Nilum, ut qui ſolus a meridie fluit. Multis etiam ſtellis illuſtratur. Subeſt ei ſtella quae dicitur Canobus, quae ad Argus temonem prope accedit; et hoc quidem ſidere nullum eſt inferius, ob quod Perigaeum vocatur. Stellas habet in capite unam; in primo flexu tres; in ſecundo tres; in tertio usque ad noviſſimum ſeptem, quas dicunt iſtius fluvii eſſe oſtia. Sunt omnes quatuordecim.

Piſcis. 38.

Hic eſt magnus ille Piſcis, quem ajunt aquam epotare quam fundit Aquarii urna. De hoc Piſce narratur, ut teſtis eſt Cteſias, primo conſpectum fuiſſe in lacu non procul a Bambyce, et quod ſervaverit Dercetonem noctu in mare lapſam. Hanc Dercetonem Syri Deam dicunt. Hujus piſcis nepotes duos alios piſces eſſe affirmant, quos omnes Syri venerati ſunt, et in aſtris collocarunt. Habet ſtellas 12. e quibus 3. in roſtro clarae ſunt.

Nectar ſive Arula. 39.

Haec eſt ad quam dii mutuo juraverunt, quando contra Saturnum Jupiter profectus eſt, et voti compotes facti intulerunt eam aſtris, ad perpetuam memoriam. Hanc etiam ſolent homines in ſympoſiis adhibere, et ad eam ſacra faciunt, qui ſocietates et jura-

ramenta celebrant, eamque dextera manu tangunt, benevolentiae teſtimonium hoc eſſe credentes. Habet ſtellas in foculo duas, in baſi duas. Sunt omnes quatuor.

Chiron ſive Centaurus. 40.

Hic videtur eſſe Chiron, qui in monte Pelio habitans omnes mortales dicitur juſtitia ſuperaſſe, quique docuit Aeſculapium et Achillem. Hercules exiſtimatur ad eum veniſſe amoris cauſa, et in antro ejus verſatus Panem coluiſſe. Solum hunc e Centauris non modo non interfecit, ſed et ſtudioſe audivit, quemadmodum Antiſthenes Socraticus ſcribit in ſuo Hercule. Cum autem aliquamdiu hi ſimul vixiſſent, ex pharetra Herculis ſagitta lapſa pedem Centauri vulneravit. Ille poſtea expiravit, et propter pietatem nec non et caſum hunc Jovis beneficio in aſtra relatus fuit. Habet in manibus prope arulam quandam beſtiolam, quam videtur velle ſacrificare: eſt autem ejus pietatis magnum hoc argumentum. Habet ſtellas ſupra caput 3. obſcuras: in ſingulis humeris ſingulas claras; in ſiniſtro cubito 1; in manu extrema 1; in medio equino pectore unam; in ſingulis prioribus ungulis 1. in ſpina 4; in ventre 2. claras; in cauda 3; in lumbo equino 1. claram; in ſingulis poſterioribus genibus ſingulas: in ſingulis ungulis 1. Sunt omnes 24. Habet in manibus beſtiolam, cujus certum

tum ſchema faciunt. Quidam volunt vini eſſe utrem, unde Diis ſuper arula libat. Et hanc quidem habet in dextera manu; in ſiniſtra vero habet thyrſum. Beſtiola illa in cauda ſtellas habet 2; in extremo poſteriore pede 1. claram; in priore pede 1. claram prope illum 1. in capite 3. Sunt omnes 8.

Corvus, ſive Hydra. 41.

Hoc aſtrum ad plura ſe extendit, ejus autem manifeſta eſt ratio. Honorem ei Apollo tribuit. Unicuique enim Deorum avis quaedam propria eſt. Cum dii rem ſacram facerent, miſſus erat corvus ad fontem quendam petitum latices; vidit ficum groſſos habentem, juxta fontem conſedit, donec maturae fierent, poſt dies multos cum illae maturuerant, corvus eas comedit. Tandem conſcius peccati, rapiens hydram e fonte una cum cratere attulit, dicens, hunc quotidie ebibiſſe ſalientem in fonte aquam. Apollo cognoſcens rem, prout facta erat, hanc corvo poenam impoſuit inter homines, ut per tempus bibere non poſſet, ut ſcribit Ariſtoteles in libris de Animalibus. Hoc ejus adverſus Deos peccati teſtimonium ſtatuens, clareque ſignificans ſitim corvi, inter ſidera conſtituit hydrum, et corvum bibere non valentem, neque accedere. Habet ſtellas Hydrus in capite tres claras; in prima flexura ſex, unam claram quae eſt ultima; in ſecunda flexura tres; in tertia quatuor; in quar-

Digitized by Google

quarta duas; in quinta flexura usque ad caudam novem obſcuras. Sunt omnes viginti ſeptem. Ponitur autem Corvus ſuper caudam, occidentem verſus, habetque ſtellas in roſtro obſcuram unam; in ala duas; in orthopygio duas; in utrisque pedibus extremis ſingulas. Sunt omnes ſeptem. Ab hoc poſt flexuram aliquantulum diſtat Crater, inclinatus ad genua Virginis. Habet Crater in labro ſtellas duas obſcuras, in medio duas, in fundo duas. Sunt omnes ſex.

Procyon. 42.

Hic ponitur ante Canem magnum, unde et nomen habet. Eſt autem Orionis canis. Is venandi ſtudioſus fuiſſe memoratur; ideoque canem hunc appoſitum habet. Cernuntur etiam et Lepus, et aliae ferae juxta illum. Habet ſtellas 3, quarum prima exoritur ſplendida, et ſimilitudinem refert canis, quare et Procyon dicitur, prior utique oritur quam ille et deſcendit. Reliqua aſtra poſt haec in zodiaco circulo ſunt, quem Sol pertranſit in 12. menſibus, quare et totidem numero ſunt ſigna.

Quinque Stellae. 43.

De quinque Stellis (quas Planetas vocant) quia motum ſibi proprium habent, dicitur, quod ſunt quinque deorum. Primus Phaenon magnus dicitur eſſe

Jovis. Secundus vocatur Phaëthon non ita magnus, hic a ſole ſic denominatur; Tertius eſt Martis, dicitur Pyrois, non multum ſplendidus, ſimilis eſt aquilae. Quartus Veneris eſt, Phoſphorus, candidus colore: horum omnium aſtrorum maximus eſt planeta, quem Heſperum et Phoſphorum vocant. Quintus Stilbon Mercurii, clarus ſed parvus. Mercurio attribuitur, quoniam is exiſtimatur mundum coeleſtem deſcripſiſſe, aſtrorumque ordines et tempeſtates dimenſus eſſe, et ſignificationum tempora oſtendiſſe; vocatur Stilbon, quia hujusmodi apparentiam ipſe exhibet.

Circulus Lacteus. 44.

Hic circulus apparet, quem Galaxiam appellant; Non erat fas Jovis filiis coeleſtes prius adipiſci honores, quam Junonis mammam ſuxiſſent. Quare ajunt Mercurium attuliſſe Herculem, jam recens natum, et Junonis uberibus admoviſſe; hunc quidem ſuxiſſe, ſed Juno rem deprehendens eum depulit, atque ita de lactis copia exuberante hunc lacteum circulum ortum eſſe.

NO-

NOTAE
AD
ERATOSTHENIS CATASTERISMOS.

Urſa major. I.

Cf. Schol. German. ad v. 24 ſeqq. Hygin. P. A. II, 1. v. Tab. I. Sidus hoc inter antiquiſſima eſſe referendum ex eo apparet, quod hominibus coelum inſpicientibus ob ſeptem iſtas ſtellas ſtatim in oculos incurrere potuit, atque in omnibus iſtis regionibus, ubi primae obſervationes inſtitutae fuerunt, nunquam occidit.

Nomen *ἅμαξα* ex ſimilitudine ſeptem ſtellarum cum plauſtri figura derivatum primum in Graecia innotuit. Ita forte a *Nauplio* ſidus conſtitutum erat. *Homeri tempore* autem *Arcti* nomine ſenſim uſi ſunt homines. Poeta enim *ἄρκτον* affert, *ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι* (Il. σ, 487. Od. ε, 273) et, quod mirum eſt, *Arcti* quidem, nusquam vero *Arctophylacis* ſed *Bootis* mentionem facit; quod jam ab Hygino obſervatum vides. (v. P. A. II, 2. pag. 423. ed. v. Stav.) Qua ratione vero adducti plauſtri formam in Urſae mutarint, difficile eſt explicatu. *Parmeniscus* quidem apud *Hyginum* (P. A. II, 2.) eo factum eſſe putat, quod ſubinde ad ſeptem ſtellas aliae relatae ſunt, quibus forma Urſae deſcribi poſſet. Quicumque vero regionem, in qua conſpicitur ſidus, contemplatur, vix credat, homines iſtos parum adhuc exculti ingenii, ex tanta ſtellarum, quae ibi occurrunt, multitudine et confuſione, eas elegiſſe, ex quibus ſidus componi ſolet, et ad certam aliquam formam conjunxiſſe. Igitur ſententia, quam *Mellmann* (*de mutatis formis pg.* 54.) affert, mihi quidem probatur, qui *ἄρκτου* nomen ex ſphaera aliena progreſſum eſſe ſtatuit, et fabulae dediſſe locum.

 Calli-

Calliſtus nomen et fabula ipſa ex arcadicis quidem eſt, verum ex aſtronomia originem ducit. *Arcturum* ſtellam enim ſemper ἅμαξαν ſequi viderunt, ideoque eam nominarunt *Booten*. Quem poſtea, *Plauſtro* in *Urſam* mutato, *Arcadem* eſſe finxerunt, matrem perſequentem.

Statim ab initio Καλλιστὼ ex *Germanico* et *Hygino* ſupplendum.

Ἡσίοδος forte in βίβλῳ ἀστρικῇ (*v. Fabric. B. Gr. et Schol. Arat. ad v.* 255.)

θυγατέρα — ἑλέσθαι. forte cum Schol. Arati legendum θυγατέρα εἶναι, καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ κατοικοῦσαν ἑλέσθαι cet.

Λυκάονι. *Lycaon* Pelasgi filius rex Arcadiae, cui ex pluribus uxoribus multi filii nati erant, unam filiam habuerat *Calliſto*. De quo ejusque progenie *v. Apollodor. III*, 8, 1. *pag.* 222. *ed. Heyne. Ariethes Tegeates* (*ap. Hygin. II.* 1 *pag.* 421. *ed. van Staver.* verum nomen eſt *Araethus* v. Notas ad Apollod. p. 657.) et *Pherecydes* ap. Apollod. l. c. non Lycaonis ſed Cetei filiam Calliſto fuiſſe dicunt.

ποιεῖσθαι *Ill. Heyne* ſuſpicatur vocem inſertam eſſe a librario; Nam ἑλέσθαι τὴν ἀγωγὴν nihil habet quod deſideres. Verum poteſt quoque defendi, eam ἑλέσθαι, ποιεῖσθαι τὴν περὶ τὰς θήρας ἀγωγήν. Cui ſimilia et alibi in hoc libello occurrunt, ut inf. 31. ἱερὸν αὐτὸν ὠνόμασεν εἶναι.

ὑπὸ Διός. Jovem Dianae formam induiſſe narrant Apollod. III, 9. *Amphis* poeta (*Hyg. pag.* 419.) Hyginus ipſe *fab.* 126. aſſerit, Jovem Calliſto compreſſiſſe cum in hoſpitium Lycaonis veniret.

ἐμμεῖναι Ruhnkenius (*Koppiers p.* 94.) ſuſpicabatur ὑπὸ Διὸς ἐν Μαινάλῳ μεῖναι λανθάνουσαν τὴν θεόν. *Ovid. Metam. II,* 441. *et Faſt. II,* 192. ubi Arcton Maenaliam vocat poeta. In Nonacrino autem monte id factum eſſe narrat Hygin.

ἐπὶ τόκου in Cod. fuerat ἐπὶ τόκον unde Kopp. ἐπίτοκον legendum eſſe putat. Sed lectio ἐπὶ τόκου a Fellio recepta etiam probatur Hemſterh. (v. *Kopp. l. c.*)

τὴν θεὸν ἀποθηριῶσαι αὐτὴν Junoni hoc tribuit Callimachus. (*cf. Spanh. p.* 423. *et cum eo Schol. Il.* σ. 487. *Ovid. Met. II,* 405. *Hygin. P. II, pag.* 420.) Jovi alii; ſed v. de his Hyg. l. c.

καὶ

καὶ οὕτως τεκεῖν Ἄρκτον γενομένην τὸν κληθέντα Ἀρκάδα. Calliſto in Urſam converſam Arcadem peperiſſe narrant cum noſtro Hygin. et Theo ad Arat. Schol. Germanici vero transtulit: *et dum eſſet Urſa Arctum enixa eſt, quem Arcadem vocant.* Legit forſan καὶ οὕτως τεκεῖν Ἄρκτον τὸν κληθέντα Ἀρκάδα omiſſo γενομένην. Poteſt tamen ille vel codicem vitioſum inſpexiſſe vel ex memoria haec attuliſſe. Melius et planius forſan esſet καὶ οὕτως ἄρκτον γενομένην τεκεῖν τὸν κληθέντα Ἀρκάδα. De Arcadis progenie vide Apollod. III, 9. 1.

αἰπόλων Hygin. transtulit *Aetolorum.* Male ſed v. P. A. l. c. et ibi interpp.

μετὰ τοῦ βρέφους Germanic. *cum puero.*

μετὰ χρόνον cum puer adoleviſſet. Hygin. l. c.

δόξαι forſan a librario additum, ut Fell. putat. Sed locum hunc etiam in Theone v. 27. ita expreſſum eſſe, et pleonaſmum in auctore noſtro ſaepius occurrere, (v. c. 15, c. 32,) monuit Koppiers pg. 95.

εἰσελθεῖν εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄβατον ἱερὸν, ἀγνοήσασαν τὸν νόμον. Arcades contra Cretenſes contenderunt, Jovem in monte Lycaeo a nymphis (quarum nomina v. apud Pauſ. Arcad. c. 38. nominantur) educatum esſe. Quo in monte templum Jovi ſacrum erat, quod intrare neque hominibus neque brutis licitum erat: lex erat, ut qui ſecus feciſſent, intra anni ſpatium interficerentur. cf. Pauſ. l. c. Plutarch. Quaeſt. Gr. p. 3000. ed. Frankf. addit, non eandem poenam dediſſe et qui ſponte et qui imprudenter templum adierunt.

ἄβατον ἱερὸν Kopp. pg. 96. rejicit ἱερὸν et legit, εἰσελθεῖν εἰς τὸ τοῦ Διὸς, ubi τέμενος (pars circa templum de reliquo agro reſecta) ſupplendum. *Hyginus* et *Germanicus templi* mentionem faciunt.

διωκομένην Eratoſthenes videtur tradere, Arcadem jam adultum, cum Urſam hanc matrem ſuam eſſe ignoraret, cum Arcadibus eam perſecutum eſſe et interficere voluiſſe. Alii vero volunt, Arcadem ſtudio venandi deditum Urſam matrem in ſilva vidiſſe, eamque Jovis templum intrantem perſecutum ab Arcadibus una cum Urſa captum et interfectum eſſe. Ita *Theo* cum *Hygino* et *Germanico.* Unde Koppiers mutat: ὑπὸ τοῦ ἰδίου υἱοῦ διωκομένην, ὑπὸ δὲ τῶν Ἀρκάδων ἀναιρεῖσθαι μέλλουσαν. hoc eſt: τῶν Ἀρκάδων δὲ αὐτὴν ἀναιρεῖν μελλόντων.

διὰ τὴν συγγένειαν. Melius, ut Heyne, *διὰ τὸ συγγεγενῆσθαι αὐτῇ.* niſi *συγγένεια* dicta eſt pro *συνουσία*, uti *συγγένησις* apud Platonem pro *συνουσία* occurrit. Alia narratio apud Hyginum, forte ab antiquiore aliquo ſcriptore addita, haec eſt, *Thetyn Calliſto non recipere, quod ſit Jovis pellex.* Quam fabulam ex aſtronomia petitam eſſe, etiam ſine interprete intelligas. Locum Urſae majoris Aratus his verbis deſcribit:

Κρατὶ δὲ οἱ δίδυμοι, μέσσῃ δ' ὑπὸ Καρκίνος ἐςίν·
Ποσσὶ δ' ὀπισθοτέροισι λέων ὑπὸ καλὰ φαείνει.

Seu, ut *Eudoxus* ap. Hipparchum ad Phaenom. lib. I, n. X (*v. Petav. Uranolog. p* 104. *ed. Antw.*) Ὑπὸ δὲ τὴν κεφαλὴν τῆς μεγάλης Ἄρκτου οἱ δίδυμοι κεῖνται, κατὰ μέσον δὲ ὁ καρκίνος, ὑπὸ δὲ τοὺς ὀπισθίους πόδας ὁ λέων. Et num. XII. idem auctor caput Helices: Ὑπὸ δὲ τὸν Περσέα καὶ τὴν Κασσιέπειαν οὐ πολὺ διέχουσά ἐςιν ἡ κεφαλὴ τῆς μεγάλης Ἄρκτου. οἱ δὲ μεταξὺ τούτων ἀςέρες εἰσὶν ἀμαυροί. Et in Ἐνόπτρῳ. Ὄπισθεν δὲ τοῦ Περσέως καὶ παρὰ τὰ ἰσχία τῆς Κασσιεπείας οὐ πολὺ διαλείπουσα ἡ κεφαλὴ τῆς μεγάλης Ἄρκτου κεῖται. οἱ δὲ μεταξὺ ἀςέρες εἰσὶν ἀμαυροί.

Hipparchus Eudoxum et Aratum refellit et ex verbis Eudoxi πρὸ δὲ τῶν ἐμπροσθίων ποδῶν τοῦ ἄρκτου ἀςὴρ ἐςὶ λαμπρὸς colligere vult, nullam aliam ſtellam eam eſſe, quam clarior in laterculo *α*, et veteres ſeptem iſtis ſtellis modo ſidus deſcribere ſolitos; quod in ſaeculo anteriore factum eſſe nemo in dubium vocabit. Verum jam Petavius var. diſſ. l. III, c. III, eum correxit, ubi ex verbis Eudoxi, qui arcticum circulum per anteriores Urſae pedes ducit, demonſtrat, non eam ſtellam ſed aliam putaſſe Eudoxum, forte *ι* quarti ordinis. In eo minime argutandum, ſtellam hanc vocari claram, quid? quod ne in iis quidem haerendum eſt, quae omnino de ſitu profert Eudoxus, quod ipſe Hipparchus (lib. II, n. XVII.), ut jam memoravimus, auctorem hunc et Aratum *rudi Minerva* obſervaſſe contendit. Recte in iis obſervavit Eudoxus, obſcuriores eſſe, quae inter Urſam et Perſeum conſpiciuntur. Sunt enim, quae Camelopardum et Lyncem formant.

Eratoſthenes in capite numerat ſeptem ſtellas, easque obſcuras, et ſingulis auribus binas. Si Ptolemaeum conſulas, certe ſtellae quarti ordinis v, h, o, et quinti *ρ*, A, *π*, 16,

16, ιϛ, d, T, quam undecimam annumeravit incertum eſt, Niſi forte eae addendae duae quarti ordinis, quae ad Camelopardum referuntur, et quae non longe diſtant. Hyginus et Germanicus fere eadem afferunt, in Germanico autem rejiciendum puto: *in ſumma cauda* I *claram*, quod caudae mentio iterum fit in fine, idque additum eſſe videtur, ut numerus 24 impleretur. Etiam Theo conſentit, ſed ἑκαςέρων τῶν νώτων, in ἑκαστέρων τῶν ὠτίων mutandum. Sex in auribus numerat.

ἐπ' ὠμοπλατῶν λαμπρὸν cet., α' *) puto.

ἐπὶ τοῦ ςήθους cet., φ et ϑ.

ἐπὶ τῆς ῥάχεως λαμπρὸν cet, δ eam claram nominat, etſi tertii ordinis.

ἐπὶ σκέλεσιν ἐμπροσθίοις, ſine dubio β ſecundi et κ quarti ordinis. Ita Eudoxi verba melius intelligenda, quod ſtella ι in tabulis eam praecedit.

ὀπισθίοις, — γ et ψ.

ἐπ' ἄκρῳ τῷ ποδὶ ὀπισθίῳ cet., μ et λ. Quae in altero pede poſteriori conſpiciuntur, illo tempore nondum appoſitae erant.

ἐπὶ τῆς κέρκου cet., — ε, ζ, η.

Urſa minor. 2.

Cf. Schol. German. ad v. 24 ſeqq. et Hygin. II. 2. v. Tabul. I. Sidus in Homero non occurrit. cf. Schol. Il. σ, 487, ſed ex Phoenicia in Graeciam illud migraſſe, aſtronomi ad unum omnes affirmant. v. Arat. Phaen. v. 39. et ibi Schol. Germanicus et Hyginus P. A. II, 2, pg. 424. et ibi interpp. Omnes de eo fabulae, quas in auctoribus legimus, aſtronomicae originis ſunt; Praeter eam, quae a Theone affertur, Cynoſuram fuiſſe Calliſtus canem, et ea interfecta mortuam eſſe, duae aliae a noſtro narrantur.

Iterum ab initio verba quaedam excidiſſe videntur. Nam valde jejunus eſſet, et vix ferendus iſte verborum nexus ἅυτη ἐστὶν ἡ μικρὰ καλουμένη, ubi ſubjectum ἄρκτος μικρὰ iterum ſupplendum. Praeterea mirum eſt, noſtrum nullam attuliſſe rationem, cur ſidus vocetur *Cynoſura*. Germani-

*) literae graecae in commentario non cum iis, quae in contextu occurrunt, confundendae. Illae enim, quas auctor affert, numerum ſtellarum, hae vero nomina earum in tabulis denotant.

Digitized by Google

manicus *Arctos*, inquit, *minor a pluribus Phoenice, a Graecis Arctophylax, a nonnullis Canis cauda vocatur.* Locum igitur ſic reſtituere vellem: Ἄυτη ἐϛὶν ἡ μικρὰ καλουμένη κυνόσουρα διὰ τὴν τῆς οὐρᾶς ὁμοιότητα, προσηγορεύθη δὲ cet.

Φοινίκη. Rationem affert Aratus v. 39. τῇ δ' (ſc. μικρᾷ) ἄρα Φοίνικες πίσυνοι τερόωσι θάλασσαν. Poeni enim, teſte Theone ad h. l., uſi ſunt hoc ſigno in navigatione, quod certius polum indicat navigantibus iisque, qui artis periti ſtellas obſcuriores obſervare poſſunt. Quae in iisdem Scholiis de Thalete ſideris auctore narrantur, incerta ſunt. cf. etiam Hyg. pg. 424. et ibi interpp.

ἐτιμήθη Subjectum iterum deſidero, Calliſtus nomen intelligendum eſſe, apparet.

γνοῦσα δὲ. Excidit ἄυτη ex ſententia Ill. Heyne. In reliquis ſubjectum facile poteſt ſubſtitui.

Ἀντιθεῖσαν, Heyne in ἀνατιθεῖσα mutat: *cum reponeret; reponendo inter ſidera alterum urſae ſimulacrum.*

Hanc fabulam in nullo alio auctore invenio, (Hyginus eam plane omiſit) ideoque eam ſeu ab ipſo Eratoſthene ſeu ab aliis grammaticis additam eſſe arbitror.

Ἀγλαοσθένης. Cujus fuere τὰ Ναξιακὰ etiam inf. c. 31 laudata. De hoc et aliis auctoribus ab Eratoſthene allatis forſan alio loco dicemus, v. etiam Voſs de hiſtoricis Graecis.

Κυνόσουρα, Germanicus *canis cauda;* ita etiam Theo l. c. et omnes aſtronomi. Res ipſa clara eſt. Si enim mappas aſtronomicas inſpicis, ſtellas, quae ad caudam Urſae minoris referuntur, acclives, et ita poſitas eſſe vides, ut ſpeciem caudae caninae praebeant. Nymphae Cynoſurae nomen in nullis aliis mythographis occurrit, niſi in iis, qui poſt Aglaoſthenem aſtronomos ſecuti ſunt; ex ſimilitudine igitur ortum et in mythologiam deductum ab iis, qui Cretica ſcripſerunt, et mythos ſideribus applicare voluerunt.

τροφὸν γενέσθαι τοῦ Διὸς Κυνόσουραν, εἶναι δὲ μίαν τῶν Ἰδαίων νυμφῶν. Fabula mutatis nympharum nominibus ex Heſiodo, Apollodoro aliisve nota. Cum jam in eo eſſet, ut Rhea, Saturni uxor, Jovem pareret, fugit in Cretam, ne maritus, quod jam ſaepius acciderat, infantem devoraret. Ibi in antro reliquit filium recens natum et nymphis quibusdam nutriendum dedit. Fuerat in his Cynoſura ſecundum Aglaoſthenem.

Ἰϛοῖς,

Digitized by Google

Ἰςοῖς. Hyginus: *quae Heſtiaea vocatur.* At de Heſtiaea Euboeae oppido hic non agi apparet et Hemſterh. (Kopp. pag. 97.) obſervavit. Res pertinet ad fabulas Creticas, nilque reliquum eſt, quam, ut cum Stephano ἰςοῖς, mutemus in Ἴστρος, quae urbs fuit Cretae; Legendum igitur πόλει τῇ καλουμένῃ Ἴςρῳ.

οἱ περὶ Νικόςρατον. Hyginus *a Nicoſtrato et ſodalibus.* Sed jam interpp ad h. l. oſtenderunt, phraſin hanc interpretandam eſſe per *Nicoſtratum.* Quisnam vero fuerit Nicoſtratus ille, difficile explicatu eſt. Plures hujus nominis inter Graecos extitiſſe vides ap. Nic. Loenſis Epiphyll. lib. IX. c. 5. cf. Hygini interpp. Forte Lacedaemonius ille ſecundum Pauſaniam l. II, pg. 60. Menelai nothus ſeu, ut Euſtath. ad Il. γ, pg. 303, Helenae filius, a Lacedaemoniis in honore habitus, et ab Oreſte Spartam occupante cum Megapenthe regno expulſus. Hac fuga, ut puto, Cretam petiit, ibique conſtituit portum. Praeterea Cynoſurae nomen Spartanis notum erat. Fuit enim Φυλὴ Λακωνικὴ apud Marathonem. v. Heſychius v. Κυνόσουρα. Quae ſi ita ſe habent, Thales non inventor hujus ſideris eſſe potuit, ſed illud jam ante eum ex Phoenicia in Graeciam migraverat.

ἐν αὐτῇ δὲ λιμένα. δὲ del. Heyne.

Ἄρατος δὲ αὐτὴν καλεῖ Ἑλίκην cet. Aratus vero:

Οἱ τὴν μὲν (ſc. ἄρκτον μικρὰν) Κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσι,
Τὴν δ' ἑτέρην (ſc. μεγάλην) Ἑλίκην — —

Igitur locus corruptus videri poterat et ita exprimendus: Ἄρατος δέ φησιν αὐτὴν καὶ Ἑλίκην, ἐκ Κρήτης οὔσας, γενέσθαι Διὸς τροφούς, *Aratus illam et Helicen, Creta oriundas, ait fuiſſe Jovis nutrices.* Poſtea vero vidi, jam Arnaldum Lect. Graecis, pg. 137. et Kopp. pg. 99. ſq. hunc locum emendaſſe. Arnaldus quidem fere eodem modo: Ἄρατος δὲ αὐτὴν λέγει καὶ Ἑλίκην cet.

Helices nomen Theo derivat ἀπὸ τοῦ ἑλίσσεσθαι et ſidus ita nominari putat παρὰ τὰς ἕλικας καὶ συςροφὰς αὐτῆς. Poſtea vero quam poſt Aglaoſthenem mythis Creticis in ſiderum hiſtoriis utebantur, etiam hoc nomen in mythologiam traductum et Urſas Jovis nutrices fuiſſe narratum eſt. Qui vero Arcadica praeferebant, Calliſto majorem, et minorem canem ejus fuiſſe, putarunt. Aratus et Leontius de ſphaera etiam rationem adhibuerunt, cur nutrices ab ipſo

Digitized by Google

Jove in Urſas converſae fuerint. Dicunt enim Jovem metu patris ſe ipſum in draconem, nutrices vero in Urſas transmutaſſe, et poſtea quam regnum conſecutus eſſet, formas has in coelo poſuiſſe.

ἔχει δὲ ἀστέρας etc. ſunt β, γ, ζ, η.

ἐπὶ δὲ τῆς κέρκου α, δ, ε.

ὑπὸ δὲ τὸν ἕτερον τῶν ἡγουμένων κατώτερός ἐστιν ἄλλος ἀστήρ, ὃς καλεῖται πόλος, περὶ ὃν δοκεῖ ὁ πόλος στρέφεσθαι. Quae verba, quo melius intelligi poſſint, Hygini et Germanici verba apponam. Hyginus enim, P. A. II, 1: *in prioribus*, inquit, *caudae ſtellis una eſt infima, quae polus appellatur, ut Eratoſthenes dicit, per quem locum ipſe mundus exiſtimatur verſari.* Et Germanicus: *Fiunt omnes ſeptem, ſupra alias decem, quae praecedunt et dicuntur ludentes: et maxima altera, quae vocatur Polus, in quo a quibusdam putatur totus orbis circumverti.* Unde Koppiers pg. 101, πόλος περὶ ὃν δοκεῖ τὸ ὅλον στρέφισθαι. Sed quaenam fuerit iſta ſtella, quam Eratoſthenes κατώτερον nominat, non ſtatim apparet. Hipparchi ſententiam et quae ei appoſuit Petavius. v. in Uranalog. var. diſſ. lib. III. 4. Petavius ipſe ex Hygini verbis jam allatis putat, Eratosthenem ſcripſiſſe ἐν τοῖς προτέροις τῆς οὐρᾶς, ita, ut locus auctoris noſtri ita exprimendus eſſet: ὑπὸ δὲ τὸν ἕτερον τῶν ἡγουμένων ἐν τοῖς προτέροις τῆς οὐρᾶς cet., ſeu verba ὑπὸ δὲ τὸν ἕτερον τῶν ἡγουμένων plane eſſent rejicienda. Stellam, quam noſtri polarem vocant, illo Eratoſthenis tempore non in polo verſatam eſſe, res eſt jam nota. v. Petav. l. c. Diſtabant enim a polo Eudoxi tempore ſecundum Petavium l. c.

1) α, ſ. ſtella polaris noſtro tempore, in extrema cauda	14,4.	ann. 0 p. Chr. 11°,52′
2) δ, media caudae —	12,37	
3) ε, ſ. antepenultima caudae	11,24	
4) β, ſ. ſuperior praecedentium in laterculo —	7,26	
5) ζ, ſ. ſuperior ſuccedentium — — —	9,16	

Putat igitur Petavius, Eratoſthenem ſecundum verba Hygini, antepenultimam caudae ε, in polum mundi collocaſſe.

Re vero accuratius conſiderata verba ita interpretanda eſſe exiſtimo: ὑπὸ δὲ τὸν ἕτερον τῶν ἡγουμένων (*ſub altera praecedentium, γ et β,*) κατώτερος, ἐστιν ἄλλος, *alia*, (quae non

non ſideri annumeratur) *inferior*, (propius polum) *eſt*. id quod etiam Eudoxus (ap. Hipparch. lib. 1, n. V.) confirmare videtur, cujus verba ſunt: ἔτι δέ τις ἀςὴρ μένων ἀεὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον. οὗτος δὲ ὁ ἀστὴρ πόλος ἐςὶ τοῦ κόσμου. Quid igitur? Eratoſthenem iſtam intellexiſſe puto, quinti ordinis, quae in catalogis b nominatur, et cujus diſtantia a polo fuerat anno p. Chr. nat. 0, 4° 47'; tempore Hipparchi 4°, 19'; Eratoſthenis 3°, 48; Eudoxi 3°, 25', eodem igitur fere loco, ubi α in extrema cauda noſtro tempore conſpicitur, quae a polo 1°, 47' diſtat.

Draco. 3.

Cf. Schol. Germ. ad v. 28. ſeqq. et Hygin. II, 3. v. Tabul. I. Fabula ex Theogonia et quidem ex Pherecyde petita et aſtris applicata eſt. v. Heſiod. Theogon. v. 333. ſeqq. Appollod. II, 5, II. et ibi Heyne T. I, p. 406 ſeqq. Si auctoris noſtri narrationem cum fragmento ap. Schol. Apoll. Rh. (v. Sturz Pherecydis fragment. pg. 141. ſeqq.) comparamus, Pherecydes ipſe rem alio modo tractavit; ſi vero Germanico credimus, ille ipſe Pherecydes de ſidere egit idque jam illo tempore inter aſtra relatum erat. *Hunc*, inquit Germanicus, *Pherecydes dicit inter aſtra collocatum eſſe*.

ὁ μέγας. μέγα θαῦμα. οἵη ποταμοῖο ἀποῤῥὼξ Aratus Phaenom. 45. 46.

De ſitu ejus Aratus et Theo ad h. l. v. 45 ſeqq. Verba Arati ſunt:

ἡ μέν οἱ ἄκρη
Οὐρὴ πὰρ κεφαλὴν Ἑλίκης ἀναπαύεται ἄρκτου
σπειρῇ δ' ἐν Κυνόσουρα κάρη ἔχει.

Germanicus Theonis verba ad h. l. transtuliſſe videtur, ſed loco *Phoenices circumcingit caudam* leg. loco *Phoenices circumcingit caput*. Ultima enim in cauda Draconis λ, ad caput Urſae majoris poſita eſt. Verba λέγεται δὲ εἶναι — — — φύλακα τῶν μήλων videntur alieno loco poſita eſſe; certe melius ita jungenda: Οὗτός ἐστιν ὁ μέγας τε καὶ δι' ἀμφοτέρων τῶν ἄρκτων κείμενος, ᾧ καὶ ἐν τοῖς ἄστροις τάξις ἐδόθη δι' Ἥραν, ἣ κατέςησεν αὐτὸν ἐπὶ Ἑσπέρας φύλακα τῶν μήλων. λέγεται δὲ εἶναι ὁ τὰ χρύσεα μῆλα φυλάσσων, ὑπὸ δὲ Ἡρακλέους ἀναιρεθείς.

παρὰ τῷ Ἄτλαντι, *apud Atlantem*, cui ſedes aſſignata Libya et extrema, in monte Atlante. v. Heyne l. c. pg. 408.

Digitized by Google

408. Sequuntur verba ὑπὸ δὲ τῶν ἐκείνου παρθένων. Heſperides Noctis filias, at Pleiades filias Atlantis fuiſſe tradit Heſiodus Ἔργ. 383. Attamen etiam Diodor. IV, 27 Heſperides Atlantis filias vocat, et Germanicus. Neque igitur veriſimile eſt, noſtrum de Pleiadibus hic cogitaſſe, aut eas cum Heſperidibus confudiſſe. Alias de dracone fabulas easque, ut puto, a recentioribus aſtronomis excogitatas v. ap. Theonem, Hyginum et Germanicum.

κατέστησε. Koppiers leg. καταστῆσαι. et praeterea obſervandum Atlantis filias more minus uſitato παρθένους hic vocari. v. Kopp. pg. 103.

μέγιστον δὲ ἔχει σημεῖον gloſſema mihi videtur.

Quindecim ſtellas affert Eratoſthenes, nimirum tres in capite, quae ſine dubio fuerunt γ, β, ξ, ſed plures notas fuiſſe, Aratus his verbis docet:

Οὐδ' οἶος κεφαλῇ ἐπιλάμπεται ἀστήρ,
Ἀλλὰ δύο κροτάφοις, δύο δ' ὄμμασιν. εἷς δ' ὑπένερθεν
Ἐσχατίην ἐπέχει γένυας δεινοῖο πελώρου cet.

Forte igitur λαμπροὺς γ, mutandum in λαμπροὺς ε, quod in Codd. Γ pro Ε facile poterat ſubſtitui. Reliquae, quae in vicem diſtant, π, δ, τ, χ, ω, ζ, η, θ, ι, α, η, λ fuerunt.

Engonaſin. 4.

Cf. Schol. Germ. ad v. 65. ſeqq. et Hyg. II, 6. v. Tabul. I. Qua de ratione hoc ſidus inter recentiora refero, jam monui. Fabulae, quae narrantur, omnes poſt Arati tempora additae ſunt. Ipſe Aratus hominem eſſe fingit, genua flectentem, v. 64. ſeq. Sed,

οὔτις ἐπίσταται ἀμφαδὸν εἰπεῖν,
Οὐδὲ τίνι κρέμαται κεῖνος πόνῳ· ἀλλά μιν αὔτως
Ἐν γόνασι καλέουσι cet.

Hinc itaque omnis haec fabularum copia et varietas.

ἦν δὲ ὑπὸ Ἥρας δι' αὐτὸ τοῦτο τεταγμένος, ὅπως ἀνταγωνίζηται τῷ Ἡρακλεῖ. Contradicere videntur haec iis, quae capite ſuperiori dixit, Junonem poſuiſſe draconem cuſtodem propterea, quod mala Heſperidum a filiabus Atlantis perpetuo ſubtrahebantur. Forte tamen illa fabula ex Pherecyde, haec, ut ex Germanico et Hygino colligere licet, ex Panyaſi hauſta.

τότε ῥόπαλον ἀνατεταχὼς, καὶ τὴν λεοντῆν περιειλημμένος. Sed jam ſupplendum eſſe puto, τῇ ἀρι-

στερᾷ

ϛερᾷ et cum Koppiers leg. *προβεβλημένος praeferens* ſ. *protendens*. cf. Hygin. P. A. II. c. 6. Alio modo Aratus v. 67 ſeqq.

— — — — ἐπ' ἀμφοτέρων δέ οἱ ὤμων
χεῖρες ἀείρονται, τάνυταί γε μὲν ἄλλυδις ἄλλη
Ὅσσον ἐς ὀργυιὴν· — — — — —

In fabulis enarrandis, noſter hunc aſteriſmum conjungit cum Dracone ſecundum Panyaſin; Araethus cum Urſa; Hegeſianax, qui Theſeum eſſe dicit, forte cum Lyra, quod etiam ii feciſſe videntur, qui Thamyrin aut Orphea eſſe Engonaſin putant. Sed cf. de his et aliis Hygin. II, 6.

Si de ſitu quaeramus, ex Hipparcho I, 7. p. 102. apparet, Engonaſin ſiniſtro pede Draconis caput conterere.

ἐπὶ τῆς κεφαλῆς α; βραχίονος δεξιοῦ λαμπρὸν γ; ἐφ' ἑκατέρων ὤμων β, δ; ἐπ' ἄκρας (τῆς ἀριϛερᾶς ſupplendum) χειρὸς λ forte ἐφ' ἑκατέρας λαγόνος ζ ε ſed ejuſdem ſunt ordinis; δεξιοῦ μηροῦ forte in ἀριϛεροῦ μηροῦ et verba λαμπρότερον δὲ τὸν ἐπὶ τῆς ἀριϛερᾶς hic inſerenda, ita π et ρ intelligendae ſunt, quarum altera tertii ordinis. Poterant quidem ſtellae modo dictae ad pedem dextrum referri, ſed conſtellatio caput draconis non attingeret, et in dextro pede in Ptolemaeo non tot occurrunt ſtellae, γόνατος η puto; καμπῆς σ; κνήμης τ et υ; ποδὸς μ puto eſſe in clava Arctophylacis, auctore Ptolemaeo, qui ὁ αὐτός ἐϛι τῷ ἐπ' ἄκρῳ τοῦ κολλορύβου. Germanicus in coxa affert 2, de reliquis conſentiunt Germanicus et Hyginus; De clava res dubia, forte ω; ἐπὶ τῆς λεοντῆς ξ et ο de reliquis adjacentibus μ et ν forte, A in Ptolemaeo non invenio.

Corona. 5.

Cf. Schol. Germ. ad v. 70 ſeq. et Hygin. II. 5. v. Tabul. I. Pherecydi ſidus hoc jam notum fuiſſe, ex fragmento conſtat, quod apud Schol. Od. λ, 320 legimus: (cf. Sturz pag. 210) quem auctorem Eratoſthenes in priori capitis parte ſecutus eſt. Fabula ipſa ad Creticas pertinet, et ſatis nota eſt.

αὐτὴν in αὐτὸν (ϛέφανον) mutandum, ut jam Koppiers vidit.

Δία in cod. ἰδα fuit, male. Inſula Naxos tempore antiquiore *Dia* vocata. v. Heſych. v. Δία et Koppiers pag. 104. In Schol. Germanici pro Creta *Dia* legendum.

ἰϛορεῖ-

ἱστορεῖται διὰ τούτου (τοῦ στεφάνου) τὸν Θησέα σεσῶσθαι cet. φέγγος ποιοῦντος ad διὰ τούτου referendum. Plura exempla hujus ſtructurae verborum turbatae affert Koppiers pag. 105 et infra c. 17 et 29. Praeterea, obſervandum hic mihi videtur, haec verba non cum anteriori capitis parte conjungenda eſſe, ſed aliam fabulam forte ſecundum Epimenidem narrari et plura excidiſſe. Germanicus locum hunc ſic exponit. *Sed qui Cretica conſcripſit, refert, quia Liber ad Minoem regem veniſſet, ut Ariadnen filiam ejus duceret uxorem, coronam dono Ariadnae dediſſe Vulcani opere factam ex auro et gemmis pretioſis; et talis fulgoris fuit, ut Theſea Labyrintho liberaret, quae poſt aſtris affixa eſt, cum in Naxon utrique veniſſent.* Hyginus fere eadem. *Sed*, inquit, *ut ait, qui Cretica conſcripſit, quo tempore Liber ad Minoa venit cogitans Ariadnen comprimere, hanc coronam ei muneri dedit cet. Dicitur etiam a Vulcano facta ex auro et indicis gemmis, per quas Theſeus exiſtimatur de tenebris Labyrinthi ad lucem veniſſe: quod aurum et gemmae in obſcuro fulgorem luminis efficiebant.*

φασὶ καὶ τὸν πλόκαμον cet. Scilicet de ſtellis, quae vulgo, etiam ab noſtro auctore c. 12, *coma Berenices* vocantur, hic agitur. *Ariadnes* vero *comam* eas nominari, nusquam invenire poſſum, niſi in Eratoſthene et, qui eum ſecutus eſt, Germanico.

ἔχει δὲ ἀστέρας cet. Octo tantum ſtellas novit Ptolemaeus, α, γ, δ, (ſplendidas vocatas ab Eratoſthene) ζ, ε, ι, π, ϑ, β forte η inſerendum.

Ophiuchus. 6.

Cf. Schol. Germ. ad v. 72 ſeqq. et Hygin. II, 14. v. Tabul. I. et II. Quod jam de Engonaſin dictum eſt, etiam de Ophiucho valet. Sidus hoc per magnam coeli partem diffuſum neque multis ſtellis lucidis clarum recentiori tempore, ſed ante Aratum in coelo conſtitutum eſt. Praeterea etiam ex nomine fit perſpicuum, aſtronomos non tam de fabula quam de figura cogitaſſe. Poſtea vero multae fabulae in hoc ſidere cumulatae ſunt, de quibus v. Hyginus. Narratio de Aeſculapio conſtat. Sed non ſatis apparet, quem auctorem Eratoſthenes ſecutus ſit. Poterat haec vulgari ſermone accipere, ut ſaepius factum eſt, (cf. Heyne ad Apollod.

Digitized by Google

lod. III, 10, 3. p. 103.) praeſertim in re tam clara et fere ab omnibus mythographis tractata. Citantur vero aliquot auctores ab Apollodoro, l. c. Steſichorus et quod ad Hippolytum attinet, Neoptolemus, qui Naupactica ſcripſit. De quo v. Heyne ad Apollod. T. III. pag. 989 et Pauſ. X, fin.

Fabula de Aeſculapio vario modo tractatur ab auctoribus v. Heyne ad Apollod. l. c. Pauſ. l. c. et Pindar. P. γ, 96. et alii. Aeſculapius filius Apollonis et Arſinoes ſive, ut alii volunt, Coronidis a Chirone artem medicam didicit v. Apollod. l. c.

τοῦτον τέχνῃ ἰατρικῇ χρώμενον Koppiers p. 106. emendavit hunc locum in *οὕτω τέχνῃ ἰατρικῇ χρώμενον.* cll. c. 13, et 24. et Palaephatus de incred. c. 31. et Heraclides in Allegor. Hom. p. 483. Sed propter ea quae ſequuntur, mutarem, *τούτου τέχνῃ ἰατρικῇ χρώμενου, ὡς* cet. — — *καὶ τῶν θεῶν δυσχερῶς τοῦτο φερόντων* cet., — *λέγεται τὸν Δία ὀργισθέντα κεραυνοβολῆσαι:* cum autem *τοῦτον* longius abeſſet, ſubjecit auctor *τὴν οἰκίαν αὐτοῦ.*

ὡς καὶ τοὺς ἤδη τεθνηκότας ἐγείρειν cet. Steſichorus nominat Capaneum et Lycurgum v. Apollod. l. c.

ἐν οἷς καὶ Ἱππόλυτον. Hippolytum ab ipſo patre interfectum eſſe, narrat Hygin. fab. 47 et ibi interpp. et P. A. II, 14. Aeſculapium id lucri cauſa feciſſe addit Schol. Pind. l. c.

Aeſculapius *anguitenens* fingitur propter medicinae peritiam. cf. Hyg. P. A. l. c.

De Ophiuchi ſitu v. Aratus et quae contra eum diſputavit Hipparchus lib. I, n. 8. Putavit enim utroque pede ſuper ſcorpium ſtare. Enimvero Eudoxus (v. Schol. Arat. ad h. l. et cum eo Hipparchus) veritati propius accedit, quippe qui altero pede id tantum fieri affirmat. Noſter hac de re nullam facit mentionem. At de ſtellis locus obſcurus. *ἐπὶ τῆς κεφαλῆς α; ἐφ' ἑκατέρων ὤμων β* et *ι; ἐπὶ τῆς δεξιᾶς χειρὸς, γ, μ, υ; ἐπὶ τῆς ἀριστερᾶς η, λ, δ, ε; ἐφ' ἑκατέρων ἰσχίων μ* et *ζ* forte; (*τὸν* rejicio) *ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ ποδὸς θ; τοῦ δὲ ὄφεως ἐπ' ἄκρας κεφαλῆς β* et *γ*; reliqua exciderunt. Etenim jam Aratus ſerpentem eumque multis ſtellis diſtinctum deſcripſit, et Germanicus et Hyginus plura afferunt. Ille: *Serpens*, inquit, *quem tenet in manibus, habet ſtellas in orificio 2, in flexura capitis ſpiſſos 4; in manu Ophiuchi 2 claras, in prima flexura 8, ſecunda, quam tenet in dextra manu, alias octo, in tertia usque ad caudam*

Digitized by Google

dam 6. *Fiunt omnes ſtellae ſerpentis triginta. Hic vero Anguis habet in ſummo capite* 2, *ſub capite* 4, *uno loco omnes. Ad manum ipſius Ophiuchi ſiniſtra* 2, *ſed quae maxime ad corpus accedit clariorem et in dorſo anguis ad ipſam corporis conjunctionem* 5. *Et in prima curvatura caudae* 4, *in ſecunda caput verſus habet ſtellas* 6. *Ita eſt omnino trium et viginti.* Locum itaque ex Germanico reſtituere vellem in numero tantum mutatione aliqua facta ſecundum Hyginum: ἐπὶ τῆς καμπῆς τῆς κεφαλῆς δ', ἐπὶ τῆς χειρὸς τοῦ Ὀφιούχου β'; ἐπὶ τῆς πρώτης καμπῆς, ε', ἐπὶ τῆς δευτέρας δ'; ἐπὶ τῆς τρίτης ἕως τῆς κέρκου ϛ'; τοὺς πάντας κα'. Sunt vero in capite β et γ, in flexura capitis δ, λ, α, ε; in manu Ophiuchi δ, ε; in prima flexura ε, γ, ξ, ο, υ, ζ, reliquae eae forte fuerunt, quae noſtro tempore ad Taurum Poniatowskianum referuntur, forte igitur κ, o, n, r, η, ϑ. Nam in Hygino legimus, caput verſus extendi ſerpentem.

Scorpius. 7.

Cf. Schol. Germ. ad v. 80 ſeqq. et Hygin. II, 26. v. Tabul. II.

Οὗτος διὰ τὸ μέγεθος εἰς δύο δωδεκατημόρια διαιρεῖται. Notandum, veteres aſtronomos usque ad Eratoſthenem Librae ſignum non noviſſe, ſed Scorpium, ut noſter affirmat, in duo ſigna ſ. ecliptices partes diviſiſſe. Poſtea vero χηλαὶ Libra, (teſte Schol. ad Arat. v. 89. ταύτας γὰρ (ſc. χήλας) οἱ ἀςρολόγοι τὸν ζυγὸν εἶναι φασὶν cet.) et τὸ σῶμα καὶ τὸ κέντρον Scorpius appellabatur. cf. ad Virgil. Ge. I, 32.

Sidus hoc quamquam neque in Homero neque in Heſiodo occurrit; tamen antiquioribus adſcribere velim partim ob formam et ſtellam primi ordinis Antarem partim ob fabulam, de qua cf. omnino cap. 32. Ex Euphorione petita eſſe videtur fabula v. Schol. Hom. σ. 486.

τῆς κολώνης Videtur quidem, praecipue, ſi Schol. Germanici in Scorpione et Orione conferas, nomen montis cujusdam forte excidiſſe, ſed, ut Munker ad Hygin. P. A. II. c. 34. monuit, nomina iſta omnia ex κολώνη orta eſſe videntur, ita ut pro *Chelippio*, *Celſionio*, *Celinio*, ponendum eſſet *Colone*, ſed et hoc, ut mihi videtur, delendum et tantum modo *in monte quodam* retinendum eſt. Praeterea

terea enim quod nullus talis mons in inſula Chio inveniri poteſt, Aratus v. 642. et Theo ſemper montem quidem nominant, nomen vero numquam addunt. Κολώνη igitur ſignificat, ut jam Gale transtulit, *montem*, nil amplius. Quid? quod in Germanico pro *monte Celſionio monte celſo* legerem.

ἀναδοθῆναι (ἐκ) τῆς κολώνης. Καὶ οὕτως ἀποθανεῖν forte ἀποκτεῖναι vel ἀποκτείνειν, ut Schol. Hom. l. c. et Apollod. I, 4. 3.

ἐβιάσατο vim inferre voluit.

ὃν Ζεὺς ἐν τοῖς λαμπροῖς ἔθηκε τῶν ἀςέρων, ἵν' εἴδωσιν οἱ ἐπιγινόμενοι ἄνθρωποι τήν ἰσχύν τε αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν. Igitur propter ejus naturam et vim. Alio modo Hygin. P. A. II c. 26. *ut ſpecies ejus hominibus documento eſſet, ne quis eorum de re aliqua ſibi confideret, quod Orion dixiſſet, ſe omnia velle interficere, quae ex terra oriantur.*

ἔχει δὲ ἀςέρας ἐφ' ἑκατέρας χηλῆς δύο in auſtraliori α et ι; in borealiori β et γ.

ὧν εἰσιν οἱ μὲν πρῶτοι μεγάλοι, οἱ δὲ δεύτεροι ἀμαυροί. γ et ι tertii, reliquae ſecundi ordinis.

ἐπὶ δὲ τοῦ μετώπου β, δ, π; ἐπὶ τῆς κοιλίας π forte et σ; ἐπὶ τῆς κέρκου τ, ε, μ, ζ, η; ἐπὶ τοῦ κέντρου ϑ, ι, κ, λ. ſtellae ζ, η, ϑ ex catalogo de la Caille ſumtae ſunt. προηγεῖται μὲν αὐτοὺς cet. De ſtella primi ordinis α, a recentioribus *Antares* vocata (quod nomen jam Ptolemaeus affert, ſtellamque ſecundi ordinis eſſe vult) noſtrum cogitaſſe ex deſcriptione apparet, collatis verbis extr. cap. anteced. ἔχει δὲ ἐπιφάνειαν ἱκανὴν ἐπὶ τοῦ μεγίστου ἄστρου, λέγω δὴ τοῦ σκορπίου, ἐυσήμῳ τῷ τύπῳ φαινόμενος. Quae tamen verba adeo interpolata mihi videntur, ut ea plane rejicerem, ſi tantum alio loco ſtellae hujus clariſſimae mentio fieret. Hyginus et Germanicus fere eamdem ſtellarum poſitionem afferunt. Ille enim lib. III c. 25: *Hic* (Scorpius) *habet*, inquit, *ſtellas in his, quae chelae dicuntur, in unaquaque earum binas, ex quibus primae ſunt clariores: praeterea habet in fronte ſtellas tres, quarum media eſt clariſſima, in interſcapilio tres, in ventre duas, in cauda quinque, in acumine ipſo, quo percutere exiſtimatur, duas. Ita eſt omnino ſtellarum* 19. Hic vero: *Habet* (Scorpius) *ſtellas in unoquoque cornu duas, in ore unam claram, in fronte duas, in dorſo claras tres, in ventre duas,*

 in

Digitized by Google

in cauda quinque, in aculeo duas. Sunt omnes 19. *Ex his quatuor, quae ſunt in cornibus ejus, duae priores clarae et duae obſcurae Librae aſſignantur, quam Chelas Graeci dicunt.* Verba προηγεῖται cet. ab utroque omittuntur. At ſtella non ad chelas referenda, cum iſtae ſtellae eam praeeant, et, ut jam monui, a noſtratibus in Libra ponantur. Quid? quod ſtellam ab Eratoſthene in thorace poni ex cap. 6. apparet. Verba igitur ὁ ἐπὶ τῆς βορείας χηλῆς λαμπρὸς ἀστήρ ſive omnino exterenda ſive in ἐπὶ τοῦ θώρακος mutanda.

Arctophylax. 8.

Cf. Schol. Germ. ad v. 89 et Hygin. II. 4. v. Tabul. I. De origine ſideris et fabulae jam ſupra ad c. I. tractavi. Verum in hoc capite alium auctorem Eratoſthenes, forte Acuſilaum ſecutus eſt. Plures enim rerum Arcadicarum ſcriptores fuerunt, de quibus v. Not. ad Apollod. III, 8, 1 ſeqq. Hyginus et Germanicus hanc fabulam cum altera cap. I. narrata conjungere auſi ſunt.

ὅθεν forte ὁ δὲ.

Τραπεζοῦς ſcribendum; urbs Arcadiae. Alii rem alio modo tractant. v. Apollod. l. c. Hygin. fab. 176 et ibi interpp.

ἐπὶ τῆς δεξιᾶς θ, κ. Tertia ſtella ι addenda eſt. Ita etiam Germanicus. Sed, ut cum reliquis conveniret, δεξιᾶς mutarem ἀριστερᾶς praeeunte Hygino lib. III. 3. Sidus enim non a tergo ſed a fronte in coelo conſpicitur. cf. quae de poſitione ſtellarum dixi ad cap. 9. fin

οἱ οὐ δύνουσιν. Elevatio poli Alexandriae fuit 31°, 11′

θ diſtabat a polo	—	28,29
κ diſtabat a polo		28,48
ι		28,13

ἐπὶ τῆς κεφαλῆς β, ἐφ' ἑκατέρων τῶν ὤμων γ et δ; ἐπὶ τῶν μαστῶν nullae aliae quam ρ et ε ſed haec clarior illis; ἐπὶ τοῦ ἀγκῶνος (δεξιοῦ) quod jam Gale addidit; ἀνὰ μέσον Arcturus.

ἐφ' ἑκατέρῳ π. η et π forte etiam ζ et υ.

Virgo. 9.

Cf. Schol. German. ad v. 95. ſeqq. et Hygin. II, 25. v. Tabul. I. Varia mythorum genera in hoc capite cumulata ſunt,

Digitized by Google

ſunt, eaque omnia ex prima vitae integritate et ſimplicitate petita. Sidus igitur eſt, ut puto, ex antiquiſſimis. In prima fabula, quam Eratoſthenes tractat, et quae ad Creticas pertinet, Aratum maxime ſecutus eſt v. 97 - 136.

Ταύτην (ſc. παρθένον) Ἡσίοδος ἐν Θεογονίᾳ εἴρηκε cet. At de ſidere Virginis nulla apud Heſiodum fit mentio, Δίκην Jovis et Themidis filiam eſſe modo narratur in Theogonia v. 901. cll. ἐργ. 254. Praeterea interpretes auctoris noſtri Germanicus et Hyginus verba ἐν Θεογονίᾳ omittunt. Vereor igitur, ne ex margine huc ſint illata auctoremque noſtrum ad Heſiodi βίβλον ἀστρικὴν reſpexiſſe, atque ſidus hoc illo tempore jam notum fuiſſe. De Δίκῃ v. praeter loca Heſiodi jam laudata Hermann. *mytholog. Handb.* I B. p. 293. Omiſit noſter, eam ſecundum nonnullos Aſtraei filiam eſſe, quod Aratus annotat in principio deſcriptionis.

καὶ ἐπὶ τῆς γῆς σὺν τοῖς ἀνθρώποις ἦν. deſcriptio ſaeculi aurei. Aratus ipſe inde a v. 102.

— — — — — — οὐδέ ποτ' ἀνδρῶν
οὐδέποτ' ἀρχαίων ἠνήνατο φῦλα γυναικῶν,
ἀλλ' ἀναμὶξ ἐκάθητο cet.

Senſum Arati igitur non plane exprimit Germanicus. Dicit enim: *A virorum aſpectu ſe ſubtrahere ſolita cum foeminis conſulto ludere et converſari videbatur* cet.

μεταστάντων δὲ αὐτῶν. ſc. ἐκ τοῦ βίου, *illis mortuis*, v. Weſſel. ad Diodor. I, 20. Probabilius eſſet μεθισταμένων. *cum illi a priſca vita defeciſſent, degeneraſſent.* Prius tenuit Hyginus: *Sed poſt eorum obitum, qui ſint nati, eos minus officioſos, magis avaros coepiſſe fieri, quare minus Juſtitiam inter homines fuiſſe converſatam.* Et Germanicus: *Sed poſtquam diminuti homines a pietate quieverunt* (leg., ut puto, inſecuti homines a pietate receſſerunt), cet.

Forte tamen in auctore noſtro exciderunt nonnulla et eſt plenius legendum: μεταστάντων (ſc. ἐκ τοῦ βίου) δὲ αὐτῶν, καὶ τῶν ἐπιγινομένων μηκέτι τὸ δίκαιον συντηρούντων cet. Sic Arati mentem melius expreſſam cenſeo:

Τόφρ' ἦν, ὄφρ' ἔτι γαῖα γένος χρύσειον ἔφερβεν·
Ἀργυρέῳ δὲ ὀλίγη τε cet. — —

Theo ad h. l.: μεταστάντων δὲ ἐκείνων, οὐκέτι ὁμοίως συνῆν αὐτοῖς, ἀλλὰ εἰς τὰ ὄρη ἀνεχώρει διὰ τὰς ἐπιγινομένας ἀδικίας cet.

οἱ μὲν — Δήμητραν ad Attica ſpectant, ad declaranda agriculturae inventa.

οἱ δὲ Ἶσιν. Forte a grammaticis appoſitum, quod Graeci contenderunt, Cererem ab Aegyptiis Iſin vocari.

οἱ δὲ Ἀταργάτιν. Nomen Syrium eſt, ut videtur, ad res aſtronomicas declarandas excogitatum. Lucianus eam Lunam eſſe putat, et Ἀςάρτην vocat.

Hoc loco οἱ δὲ Ἠριγόνην in nonnullis libris additum fuiſſe, ex Germanico et Hygino colligo, atque id propter notum illud auctoris noſtri poema *Erigone* ſuſpicari licet. Germanicus: *Ad adſpectum Bootis Virgo conſtituta eſt, quae Erigone dicta eſt*, cet. et Hyginus: *Nonnulli etiam Erigonen Icari filiam dixerunt, de qua diximus.*

οἱ δὲ Τύχην. Oceani filia. v. Heſiod. Theog. 360.

διὸ καὶ ἀκέφαλον cet. Hyginus: *Et hoc magis non convenit inter eos, quod caput ejus nimium obſcurum videtur.* Germanicus cum noſtro conſentit: Alii Fortunam, pro eo, quod ſine capite aſtris infertur. Locus autem Eratoſthenis obſcurus ſane et depravatus eſt. Verba hoc modo collocarem: οἱ δὲ Τύχην. ἔχει δὲ ἀστέρας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς α' ἀμαυρόν, διὸ καὶ ἀκέφαλον αὐτὴν σχηματίζουσιν.

De ſtellis Hyginus et Germanicus cum Eratoſthene conſentiunt. At multa incerta; ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ιξ ſtellam quinti ordinis; ἐν ἑκατέρῳ ὤμῳ β et ο, quod Vindemiatricem in ala extrema poſuit; ἐν πτέρυγι ἑκατέρᾳ η, γ, ρ, ε, ἐπ' ἀγκῶνος ἑκατέρου ϑ, δ; ἐπὶ χειρὸς ἄκρας ἑκατέρας cet. α, ζ; ἐφ' ἑκατέρου ποδὸς χ, μ; ἐπὶ τῆς πέζης τοῦ χιτῶνος igitur κ, ι, ιυ, φ, i et Bod. n. 109. quamquam tres poſteriores in Ptolemaeo non occurrunt. ὁ δ' ἐν τῇ δεξιᾷ πτέρυγι — — καλεῖται ςαχύς. Sidus igitur non a tergo Romanorum more deſcribit, ut globum inſpicientibus, ſed a fronte, ut ipſum coelum adſpicientibus apparet. v. Bode Vorſtell. d. Geſtirne, ubi *Vindemiatrix* in ſiniſtra ala et *Spica* in dextra manu ponitur.

Gemini. 10.

Cf. Schol. German. ad v. 145. ſeq. et Hygin. II. 22. De hujus ſideris auctore et origine aliquid conſtituere, res eſſet vana et incerta. Pluche (*hiſtoire du Ciel* T. I. pag. 13.) putat in principio hoedos fuiſſe; argumenta vero, quibus ea opinio innititur, non affert. Hoc ſatis certum mihi videtur,

Digitized by Google

detur, ſtellas iſtas, quae in capitibus conſpiciuntur, primam occaſionem dediſſe, ſideris nomen inveniendi. Aratus quoque et Theo rem tantum attingunt, nullis fabulis appoſitis. Fabula, ut ab auctore noſtro affertur, ſatis nota et ex Homero allata, ſed cf. omnino, quae Heyne affert in Not. ad Apollod. III, 10, 7 et IV, 2. Praeterea v. Hygin. fab. 77 et P. A. II, 22.

ἐπιφάνειαν numinum aut heroum apparitiones inter mortales.

ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, β; ἐπ' ὤμου — — χειρὸς α verba uncis incluſa Fell ex Germanico addidit. Sed neſcio, quae ſit ſententia ſit. Nullae enim niſi quintae magnitudinis ſtellae adſunt, nullae igitur quibus deſignantur iſtae partes. Melius conveniunt auctoris noſtri verba cum tabulis, ſi iſta, tamquam gloſſema, rejiciuntur.

ἐφ' ἑκατέρῳ γόνατι ζ et λ. Clarae in utroque pede omiſſae ſunt, ſupplendum igitur, ἐφ' ἑκατέρῳ ποδὶ α, γ et ξ.

ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, α; ἐπ' ἀριστερῷ ὤμῳ λαμπρὸν forte δεξιῷ leg. ita, ut ſtella ι intelligenda; ἐπὶ μαστῷ ἑκατ. ſi verba ſana ſunt, A eſſet et T; ἐπ' ἀριστεροῦ ἀγκῶνος legendum ἐπὶ δεξιοῦ. nam in ſiniſtro cubito nulla eſt, δ; ἐπ' ἄκρας τῆς χειρὸς addendum ἐπ' ἀριστερᾶς ϑ; ἐπ' ἀριστερῷ γόνατι ε; ἐφ' ἑκατέρῳ ποδὶ μ. et ν. De *Propode* res nota: v. tabula. τοὺς πάντας igitur ιϛ'.

Cancer ſive Aſelli et Praeſepe. 11.

Cf. Schol. German. ad v. 145. ſeq. et Hygin. II, 23. v. Tabul. I. Sidus hoc propter obſcuritatem inter recentiora refero. Macrobius (Saturn. lib. I, 17.) hanc originis rationem affert, quod *cancer animal retro atque oblique cedit eademque ratione ſol in eo ſigno obliquum incipit agere retrogreſſum.*

Praeterea imagines, quae in hoc ſidere concurrunt, *Cancer* et *Aſini* non ex una eademque ſphaera profectae videntur. Fabula de Cancro ex Panyaſi ſumta aſtroque applicata eſt cf. inprimis Apollod. II, 5, 2. Altera vero de Aſinis ad Gigantomachiam ſpectat et ab aſtronomis, ut puto, inventa. In nullo enim auctore Eratoſthenem et Theonem antegreſſo eam reperire poſſum.

 κα-

Digitized by Google

καλοῦνται δέ τινες αὐτῶν (Kopp. recte mutat in *αὐτοῦ*) *ἀςέρες ὄνοι*. De ſtellis res eſt dubia. Aſelli γ et δ.

τὸ δὲ νεφέλιόν ἐςιν ἡ ἐν αὐτῷ ὁρωμένη φάτνη, cet. non, ut Gale tranſtulit: *quae eſt circa eum:* (ſc. Cancrum) *nebula*, cet. ſed *in* ipſo ſidere. Nebula enim in Cancro ipſo fingitur inter ſtellas γ et δ, quae aſinos formant. v. tabula.

ἔχει δὲ ἐπὶ τοῖς δεξιοῖς ποσὶν — — λαμπρόν. Veritati propius accedit, ſi cum Germanico et Hygino legimus *ἀμαυρόν*. Quaenam vero iſtae ſint non aſſequor. Forte 3 ψ, χ II, 2 ψ et 2 μ. at in Ptolemaeo occurrit tantum ι μ ſextae magnitudinis. In ſiniſtris forte ζ, β, ϑ, ια; *ἐπὶ τοῦ στόματος* ζ; *ἐπὶ τῆς χηλῆς τῆς δεξιᾶς* 1 ι et 2 ι, altera vero in Ptolemaeo occurrit; *ἐπὶ τῆς ἀριστερᾶς χηλῆς* κ et 2 α, at etiam haec omiſſa a Ptolemaeo.

Leo. 12.

Cf. Schol. German. ad v. 146 ſeqq. et Hygin. II, 24. v. Tabul. I. Quae prima affertur narratio, ex imaginis ſimilitudine cum Leonis forma deducta, ſatis probat, ſidus antiquiori tempore eſſe formatum. Omnia enim praeclara facta et inventa Jovi atque Diis tribuuntur ab hominibus rudibus. Praeterea ſidus multis ſtellis inſigne eſt et clarum. Altera fabula iterum ex Herculis rebus geſtis petita eſt, in qua enarranda vero non, ut in aliis locis, Panyaſin ſed Piſandrum Rhodium ſequitur Eratoſthenes.

pro *ἀστέρων* leg. cum Phavorino et Koppiers *ἄστρων*.

ὑπὸ Διὸς Schol. Germanici *a Junone*. *τινὲς δέ φασιν, ὅτι Ἡρακλέους πρῶτος ἆθλος ἦν εἰς τὸ μνημονευθῆναι* cet. Forte leg. alio ordine: *εἰς τὸ μνημονευθῆναι, ὅτι Ἡρακλ. πρ. ἆθλ. ἦν*.

Πείσανδρος reſtituit Fell; in cod. enim legebatur *Πίνδαρος*.

ὡς ἔνδοξον πεποιηκὼς cum Koppiers *τι* ſupplendum eſſe puto.

ἐπὶ τῆς κεφαλῆς κ, λ, ε; *ἐπὶ τοῦ στήθους* η et α, Regulum pono, quamquam non addit *λαμπρὸν*. quae vox forte ex ſequenti huc inſerenda eſt. Germanicus vero: *in pectore claram unam*. Etiam Theo ejus facit mentionem ſub nomine *Βασιλίσκος* ſ. cor Leonis; *ἐπὶ τοῦ*

δεξιοῦ

Digitized by Google

δεξιοῦ ποδὸς (λαμπρὸν del. h. l.) ξ; ἐπὶ μέσης non cum Fell κοιλίας (nam ea, quae ſequuntur, ad κοιλίαν ſpectant) ſed τοῦ ποδὸς ſupplerem ita ut ſtella π addenda eſſet; ἐπὶ τοῦ ἰσχίου ſc. ὀπισθίου ι; ὑπὸ τὴν κοιλίαν ρ; ἐπὶ τοῦ ὀπισθίου γόνατος σ forte et τ; quam tamen non in Ptolemaeo invenio; ἐπὶ ποδὸς ἄκρου, υ, s aut φ non in Ptolemaeo adſunt; ἐπὶ τοῦ τραχήλου μ et ζ; ἐπὶ τῆς ῥάχεως γ, b, δ; ἐπὶ μέσης τῆς κέρκου forte n. 93. in Cat. Bod., quamquam non in Ptolemaeo occurrit; ἐπ' ἄκρας β; ἐπὶ τῆς κοιλίας ϑ.

De coma Berenices. Ptolemaeus tres modo affert ſtellas h, c, g; locus in auctore noſtro ſi non depravatus eſt, ſtellae k, d, a, e ſunt addendae. Eratoſthenes nullam affert hujus nominis rationem, forte quod eam in notis rebus poneret. Hyginus vero eam his verbis deſcribit: *Sunt aliae ſeptem ſtellae ad caudam Leonis in triangulo collocatae, quas crines Berenices eſſe Conon Samius mathematicus et Callimachus dicit: cum Ptolemaeus Berenicen Ptolemaei et Arſinoes filiam ſororem ſuam duxiſſet uxorem, et paucis poſt diebus Aſiam oppugnatum profectus eſſet, voviſſe Berenicen, ſi victor Ptolemaeus rediſſet, ſe detonſuram crinem; quo voto damnatum crinem in Veneris Arſinoes Zephyritidis poſuiſſe templo, eumque poſtero die non comparuiſſe: quod factum cum rex aegre ferret, Conon mathematicus cupiens inire gratiam regis, dixit crinem inter ſidera videri collocatum; et quasdam vacuas figura ſeptem ſtellas oſtendit, quas eſſe fingeret crinem.* Attamen nonnulla in Eratoſthene excidiſſe videntur. Addit enim Hyginus: *Eratoſthenes autem dicit, virginibus Lesbiis dotem cum* (ita enim lego cum Scheffero) *cuique relictam a parente nemo ſolveret, juſſiſſe reddi: et inter eas conſtituiſſe petitionem.* Schol. Germanic. hoc loco depravatus: *Videntur aliae obſcurae ſeptem juxta caudam ejus, quae vocantur crines Berenices et ſunt earum Virginum, quae Lesbo perierunt.* Ex quibus ſuſpicari licet de virginibus Lesbiis Eratoſthenem feciſſe mentionem, ſed res eſt obſcura.

Auriga. 13.

Cf. Schol. German. ad v. 155, et Hygin. II, 13. v. Tabul. I. In hoc ſidere tres imagines easque diverſae originis conjunctas eſſe vides. Quarum prima, *Capella*, ſtella tantum primi ordinis omnium antiquiſſima ex priori vitae

Digitized by Google

ruſticae ratione nomen accepiſſe videtur, id quod etiam ex ipſa fabula, ex Coſmogoniis atque adeo ex antiquiſſimo mythorum genere petita colligo. Atque huic ſtellae poſteriori tempore *Cleoſtratus Tenedius* Hoedos appoſuit. Poſtero tandem tempore Auriga ex aliena Sphaera in Graecam migravit: cui aſteriſmo aſtronomi et grammatici Alexandrini ut rationem aliquam afferrent, fabulam de Erichthonio ad Atticas ſpectantem, magis vero a comicis et tragicis quam epicis tractatam, addiderunt. cf. Apollod. III, 14, 6. et ibi notae. Reliqui aſtronomi in hac fabula Eratoſthenem laudant auctorem.

Οὗτός ἐστιν Ἐριχθόνιος cet. In cod. verba hoc ordine poſita erant: *τοῦτον λέγουσιν, ὅτι ὁ Ζεὺς ἰδὼν πρῶτον ἐν ἀνθρώποις ἅρμα ζεύξαντα ἵππων, ὅς ἐστιν Ἐριχθ. ἐξ Ἡφ. κ. γ. γέν. καὶ θαυμάσαι* cet.

ἅρμα ζεύξαντα ἵππων. *ἵππων* gloſſema eſſe videtur, ut Ill. Heyne putat, quod vel *ἅρμα ζ.* vel *ἵππους ζ.* dicendum eſſet, Aelian. II, 27. III, 38.

καὶ ἐποιήσατο πρὸς τούτοις ἐπιφανῆ, τὴν θυσίαν αὐτῆς σεμνύνων. Eſt et in his interpolatio. Heyne putat, verba *ἐποιήσ.* cet. ex interpretatione *τοῦ ἤγαγε* addita eſſe, et *πρὸς τούτοις* plane rejicienda eſſe, ut Eratoſthenea tantum haec fuerint: *πρῶτόν τε Ἀθηνᾷ πομπὴν ἤγαγεν ἐν ἀκροπόλει ἐπιφανῆ, τὴν θ.*

Εὐριπίδης In Ione. v. Heyne ad Apollod. p. 833.

προσαγορευθῆναι Ἥφαιστον. Templum Vulcani fuit Athenis, in quo ſimulacrum Minervae poſitum erat. Pauſ. I, 14. Non autem illud appellari potuit *Ἥφαιστος*, ſed *Ἡφαίστου ἱερὸν*, atque ſic legendum h. l. *προσαγορευθῆναι Ἡφαίστου.*

αὐτὴν κρατήσειν velim *αὐτῆς κρ.*

ἀποβάτης. De ludo hoc v. Etymol. M. v. *ἀποβατικῶς.* cf. etiam Phavorinus. Scilicet auriga in medio decurſu per rotam deſiliebat et aſſiliebat in currum. Phavorinus in Boeotia tantum et Attica eo ludo homines uſos fuiſſe obſervat. Theophraſtus ſecundum eundem auctorem eum deſcripſerat, forte in libro *περὶ ἑορτῶν*, quem Laert. affert V, 47.

Μουσαῖος v. Fabric. B. G. I, c. 6. in Theogonia.

Ἀμαλθεία Differunt in his Eratoſthenes, et qui eum ſecuti ſunt, aſtronomi, ab aliis auctoribus. Eratoſthenes enim

Digitized by Google

enim Amaltheam caprae dominam eſſe cenſet, ſecundum alios vero, Ἀμαλθεία et αἴξ unum idemque.

ἐκθρέψαι In monte Dictaeo in Creta.

τὴν δὲ αἶγα. ἄλλοι λέγουσι ſupplendum eſſe Heyne cenſet. Hyginus P. A. II, 13. *Muſaeus dicit, Jovem nutritum a Themide et Amalthea nymphis: Amaltheam autem habuiſſe capram quamdam, ut in deliciis, quae Jovem dicitur aluiſſe. Nonnulli etiam Aegam Solis filiam dixerunt.* At poſtea vidi, jam Koppiers fere eodem modo emendaſſe. Germanicus cum noſtro conſentit; at locus valde corruptus.

τῆς παιδὸς Koppiers legit τῆς αἰγὸς quod probo. Niſi forte fuit τῆς ἐκείνου (ſc. Ἡλίου) παιδός.

καὶ διὰ τὸ εἰς μέσην τὴν ῥάχιν Γοργόνος πρόσωπον ἔχειν Obſcurum hoc. Alter infra c. 23 in Tauri tergo ἐπὶ ῥάχεως Pleias ſtat. *Germanicus: Ejus pellem dicitur acceptam pro ſcuto habuiſſe, quod ſemper Titanibus agitator timori fuerit et dicebatur media pelle Gorgoneum caput habere.* Igitur εἰς μέσην τὴν ῥάχιν in media pelle i. e. *in medio ſcuto* interpretari vellem. De capite Meduſae v. c. 22.

κατασκευάσαντος forte in κατασκευάσαι mutandum, et reliqua usque ad κατασκευάσαι delenda; quod aliena manu inſerta eſſe videntur.

ὀνόματι τὸν ἡνίοχ. εἶναι Certe nomen Ὀινομάου hic excidit. v. Germanicus et Hyginus. Fabulam uberius exponit Hyginus fab. 84. cf. Heyne ad Apollod. pg. 293 ſeqq. Ex Pherecyde ſumta erat fabula, poſtea vero etiam a Pindaro (cf. Hermann. 2 B. pag. 153.) tractata. Pherecydis fragmentum extat apud Schol. Apollon. Rh. I, 752 Sturz, pg. 98. Alias de Auriga fabulas v. ap. Hygin. P. A. II, 13 et Theo ad Arat. a v. 156. inde ſeqq.

ἔχει δὲ ἀςέρας τῆς κεφαλῆς δ, ἐφ᾽ ἑκατέρων τῶν ὤμων α, et β, ἐφ᾽ ἑκατέρου ἀγκῶνος ε et ν; ἐπὶ δεξιᾶς χειρὸς θ; ἐπ᾽ ἀριςερᾶς η, et ζ.

Taurus. 14.

Cf. Schol. German. ad v. 172 ſeqq. et Hygin. II, 21. v. Tabul. I. *Pleiades* et *Hyades* jam a priori inde tempore Graecis notas fuiſſe, ex Homero et Heſiodo apparet. *Tauri* ſignum forte poſtea et quidem ex aliena ſphaera acceſſit,

cujus nomen ex ſimilitudine Hyadum cum capite tauri ortum eſſe puto. Hinc factum eſt, ut poſtea aſtronomorum et grammaticorum ſtudio et in hoc ſidere plures mythi cumularentur.

Prima, quae in hoc capite occurrit, de Europa fabula, eſt ſatis perſpecta, et ſi vario modo a diverſis auctoribus tractata. Noſter Euripidem affert auctorem. cf. inprimis Apollodor. III, 1, 1. et ibi not. et Hygin. fab. 178. Res ſpectat ad fabulas Creticas. Sed in Creticis alius tauri fit mentio, quem Neptunus Minoi miſit, et qui poſtea Marathonius dictus eſt; idem, quocum Paſiphae, ut nonnulli narrant, concubuit, cf. Apollod. III, 15, 7. Pauſan. I, 27. Hygin. fab. 40. et Palaephat. de incredibilib. c. 2. Etiam hic a nonnullis inter aſtra locatus eſt; et, ſi locus in *Germanico* non ſpurius eſt, (*Eratoſthenes*, inquit Germanicus, *dicit, hunc eſſe, qui coit cum Paſiphae.*) hoc loco inſerenda ſunt verba Theonis ad v. 167 Phaenom. *οἱ δὲ τοῦτον, οὗ Πασιφάη ἠράσθη.* Altera fabula de Ione Argiva aeque ex antiquiſſimis eſt. v. Apollod. II, 1, 3. Hygin. fab. 145.

χάριν δὲ ἐκείνης cet. malim: *χάριν δὲ ἐκείνης ὑπὸ Διὸς ἐτιμήθη τὸ ζῶον.*

Hactenus omnia ſatis clara eſſent et expedita. Nam *Pleiadum* fabulam c. 23 expoſuit. At fabulas, quae ad *Hyades* ſpectant, et ſi ſatis notae et a multis erant tractatae, plane omiſit. Cum vero etiam a Germanico et Hygino eae afferantur, non eſt dubium, quin ex Eratoſthenis libello exciderint et hoc loco ſint inſerendae. Germanici verba haec ſunt: *In ſigno Tauri frons et facies Hyades vocantur, quas Pherecydes Athenaeus nutrices Liberi dicit, quae Dodonides nymphae vocantur. Quae cum a Lycurgo captivitatem timentes fugerent Thebas, ne ſibi a Junone aliquid paterentur, Jupiter coelo illatas ſideribus honoravit, Hyadesque appellavit, quod naſcente Libero eas invenerit: quas in ſignum temporis poſuit, vel quod ſint pluviales; ὕειν enim pluere eſt, quia earum ortus imbres concitat: vel quia in modum Υ literae poſitae ſunt.*

Hyginus P. A. II, 21. *Hyades Pherecydes Athenienſis Liberi nutrices eſſe demonſtrat, numero ſeptem, quas etiam antea Nymphas Dodonidas appellatas. Harum nomina ſunt haec: Ambroſia, Eudora, Phaeſyle, Coronis, Polyxo, Phaeo, Thyene. Hae dicuntur a Lycurgo fugatae et praeter Ambroſiam omnes ad Thetyn profugiſſe, ut ait Aſclepiades. Sed ut Pherecydes dixit, ad Thebas Liberum perlatum Junoni*

noni tradiderunt. Quam ob cauſam ab Jove gratia iis eſt relata, quod inter ſidera ſunt conſtitutae. Quae mea opinio eo confirmari videtur, quod Phavorinus et Eudocia, noſtrum auctorem haud raro ſequentes in fabulis his enarrandis unum eundemque auctorem transſcripſiſſe videntur. Fragmentum, ut in Phavorino occurrit, hoc eſt: Ὑάδες ἐπὶ τῶν τοῦ Ταύρου κεῖνται κεράτων, ἢ διὰ τὸν ἀδελφὸν Ὕαντα οὕτω κληθεῖσαι, ἢ διότι στοιχείῳ παρεμφερεῖς εἰσιν, ἢ ὅτι ὑετοῦ ἐπισημασίας δηλοῦσι (Verba haec ab Eudocia in fine ſed eodem ordine appoſita ſunt). Τινὲς δὲ (ſc. Pherecydes) Δωνίας (Eudocia eandem lectionem habet; ſed leg. Δωδωνίδας) νύμφας αὐτάς φασι, Διονύσου τροφοὺς, αἷς ἡ Ἰνὼ διὰ τὸν τῆς Ἥρας φόβον παρακατέθετο τὸν Διόνυσον, ὅτε Λυκοῦργος αὐτὰς ἐδίωξε συμπεριουσίας (Eud. συμπεριούσας) ἐκείνῳ, καὶ κατανεμούσας τὴν ἄμπελον. τιθέασι δέ τινες αὐταῖς ὄνομα (leg. ὀνόματα ex Eudocia) Ἀμβροσίαν καὶ Εὐδώρην καὶ Αἰσύλην καὶ τοιαῦτά τινα (Reliqua nomina Κορωνὶς et Διώνη etiam ab Eudocia omittuntur). Ἐν δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ εὕρηται (Eudocia οἱ δὲ φασὶν,) καὶ ὅτι ὑάδες Βάκχαι τιθῆναι τοῦ Διονύσου, καὶ τὸν Διόνυσον Ὕιν φασιν ἀπὸ τούτων τινές. Germanicus et Hyginus quamquam non ad verba fragmentum transtulerunt, tamen ante oculos illud habuiſſe videntur. Atqui Phavorinum et Eudociam non ex Scholiis Homeri, ubi eadem fabula ex Pherecyde traditur, hauſiſſe, comparatione facta apparet. cf. ad Il. σ, 486 et Sturz pag. 115. Igitur probabile videtur, fragmentum hoc ex Eratoſthene eſſe ſumtum et hoc loco inſerendum. De fab. cf. etiam Apollod. III, 4, 3, et ibi not. Etiam Theo ad Aratum nomina Hyadum ex Heſiodi ἀστρικῇ βίβλῳ affert:

Φαισύλη, ἠδὲ Κορωνὶς, ἐϋστέφανός τε Κλέεια,
Φαιώθ' ἱμερόεσσα καὶ Εὐδώρη τανύπεπλος.

De ſtellis locus eſt depravatus. Emendabo igitur, ut e re eſt, atque ut interpretes conſentiunt.

ἔχει δὲ Ταῦρος ἀστέρας ζ' ſupplendum *ἐπὶ τῆς κεφαλῆς; ἐφ' ἑκατέρων τῶν κεράτων.* Veteres ante Aratum eas ad cornua referebant, quae in fronte ſunt ſtellae. Sed jam Aratus ſtellas β et ζ, quae a noſtratibus ad tauri cornua referuntur, et quae ad Aurigam accedunt, novit. Atque mirum omnino videri poſſet, noſtrum auctorem earum nullam feciſſe mentionem, cum clarioribus accen-

cenſeri poſſint. Emendes ergo velim *ἐπὶ τῆς ἐκφύσεως β΄, ὧν λαμπρότερος ὁ ἐπὶ τῆς ἀριστερᾶς* ſc. α et ε, *ἐφ' ἑκατέρων τῶν ὀφθαλμῶν* δ, ϑ; *ἐπὶ τοῦ μυκτῆρος* γ; At *ἐφ' ἑκατέρων τῶν ὤμων* rejicienda ſunt, neque in interpretibus invenio, ſed forte ex verbis *ἐφ' ἑκατέρων τῶν ὀφθαλμῶν* orta. Humeri enim non conſpiciuntur.

οὗτοι Ὑάδες λέγονται. Incertum eſt, quaenam ſeptem iſtae ſtellae fuerint, quas veteres Hyades nominarunt. Ex iſtis enim, quibus noſtro tempore illud nomen tribuitur, quinque tantum, ut arbitror, a veteribus conſpici potuerunt. Forte duae iſtae β et ζ annumeratae ſunt. Numerus ipſe diverſis temporibus diverſus erat. Locum claſſicum in Theone invenimus ad v. 172. Phaenom. *Θαλῆς μὲν δύο αὐτὰς εἶπεν εἶναι, τὴν μὲν βόρειον, τὴν δὲ νότιον. Εὐριπίδης δὲ ἐν τῷ Φαέθοντι, τρεῖς. Ἀχαιὸς δὲ δ΄. Ἱππίας δὲ καὶ Φερεκύδης, ζ. ἡ δὲ προσωνυμία, ἐστὶν ὅτι τὸν Διόνυσον ἀνεθρέψαντο.* Manet tamen res dubia, quod idem Theo, atque ad eundem locum, probat, Heſiodum jam quinque noviſſe, quarum nomina ut ex fragmento apparet, fuerant: *Φαισύλη, Κορωνὶς, Κλέεια, Φαιὼ, Εὐδώρη. ἐπὶ δὲ τοῦ ἀριστεροῦ γόνατος* puto μ, *ἐπὶ τῶν χηλῶν*, ν, *ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ γόνατος* ι. *ἐπὶ τραχήλου* ιυ. *ἐπὶ τῆς ῥάχεως* χ, φ, ψ, ultima vero non clarior, *ὑπὸ τὴν κοιλίαν* ξ; *ἐπὶ τοῦ στήθους λαμπρὸν* λ. ſed non clariorem ceteris.

Cepheus. 15.

Cf. Schol. German. ad v. 182 et Hygin. II, 9. v. Tabul. I. Fabulae in hoc capite et ſequentibus expoſitae ad Argivas referuntur, earumque fons utique in Oriente, quaerendus eſt, at explicatu difficiles, ut Heyne ad Apollod. pg. 305. monuit. Re aſtronomica paullo accuratius perpenſa omni attentione dignum mihi videtur, de ſideribus his neque fabulas diverſae originis narrari, neque nomina iis impoſita eſſe aut a figura (ut Taurus, Leo, Engonaſin, cet.) aut a rebus notis et ubique obviis (ut Canis, Lepus, cet.) deducta. Probabile igitur eſt, imagines has et cum iis fabulas ex Oriente profectas atque poſtea a tragicis (nam Euripides ab omnibus, etiam ab Apollodoro, primus traditur auctor) cum Argivis fabulis eſſe conjunctas.

οὗτος

οὗτος — τέταρτος. *quartum ſidus eſt eorum, quae circa polum conſpiciuntur.* Reliqua enim Urſae, et Draco.

ὁ δὲ ἀρκτικὸς — ςήθους. Una enim ſideris pars extra circuli arctici limites porrigit. v. tabula.

τοῦτε ἀρκτικοῦ καὶ θερινοῦ τροπικοῦ a rei non ſatis perito appoſita et rejicienda ſunt. De fabula et Cephei genere v. Salmaſ. ad Solinum pg 402 et 867. et omnino Heyne ad Apollod. II, 4, 3. et not. ad Hygin. P. A. II, 9.

Εὐριπίδης in Andromeda.

Αἰθιόπων. Nomen difficultatem aliquam inferre videtur, cum ubique rem in Phoenicia et quidem ad Joppen factam eſſe narrent. cf. Heyne l. c. Sed rationes mythicae longe diverſae ſaepius ſunt a geographicis. Igitur Cepheus eadem ratione Aethiopum rex poterat nominari, qua Memnon ab Arctino Mileſio Αἰθίοψ appellatur. (cf. Heyne ad Virg. Aen. lib. I. Excurſ. XIX). Scilicet ſecundum Homerum et alios antiquiores *Aethiopes* non ſolum Africae ſed etiam Aſiae partem obtinebant, ita ut in auſtrales et orientales dividi poſſent (cf. *Voſs über den Ocean der Alten. Gött. Mag. 1 Jahrg. 2 St.* pg. 306. ſeqq.) Hac ratione adductus puto Tzetzam ad Lycophr. v. 836. Ἰόππην πόλιν Αἰθιοπίας nominare.

παραθεῖναι Koppiers mutat in προθεῖναι *propoſuiſſe.*

Ptolemaeus non tam multas affert ſtellas, quam Eratoſthenes et qui eum ſecuti ſunt; et ſane difficile eſt, omnes invenire.

ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ζ et δ pono; ἐφ᾽ ἑκατέρων ὤμων, α et ξ, ἐπὶ χειρῶν ἑκατέρων, η, ο, ἐπ᾽ ἀγκώνων ἑκατέρων θ et ι; ἐπὶ ζώνης, κ, π invenio ἐπὶ κοιλίας μέσης β ἐπὶ γόνατος (intelligo ἀριςεροῦ) γ. reliquae incertae ſunt.

Caſſiepeia. 16.

Cf. Schol. German. ad v. 189 et ſeqq. et Hygin. II, 10. v. Tabul. I. De vario hoc nomen ſcribendi modo v. interpp ad Hyginum.

Σοφοκλῆς ſcripſit tragoediam *Andromedam*, ut nos praeter Eratoſthenem, Schol Theocriti, Heſychius aliique docent Forte etiam καὶ Εὐριπίδης ſupplendum, quem in hoc capite laudat Hyginus, et ex capite 15 et 17 probabile fit, auctorem noſtrum etiam in hoc capite eum excitaſſe.

ἐρίσα-

ἐρίσασαν. Hyginus fab. 64. eam non de ſua ſed de filiae pulchritudine cum Nereidibus contendiſſe ait. Mox, *εἰσελθεῖν εἰς τὸ σύμπτωμα*, quod ſollennius *εἰσπεσεῖν.*

δι' ἥν. In coelo Andromedae ſimulacrum juxta cetum poſitum eſt *οἰκείως* delendum.

ἐπὶ δίφρου. *δίφρος* eſt currus, ſed etiam ſella v. Heſych. et Spanh. ad Callim. h. in Jov. v. 67 Theo. *καθέδρα* Germanico eſt ſella, Hygino ſiliquaſtrum. Hanc poenae cauſa inter aſtra relatam eſſe, omnes aſtronomi putarunt. Hyginus addit: *Quae propter impietatem, vertente ſe mundo, reſupinato capite ferri videtur.*

Ptolemaeus etiam tredecim numerat ſtellas, ſed ρ et σ obſcurae ſunt, ut dubitem, eas afferre. Praeterea in noſtro multa repetita videntur. *ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ζ. ἐπὶ τοῦ ἀγκῶνος δεξιοῦ ϑ*, ſed neſcio qua ratione altera clarior altera obſcurior dici poſſit. *ἐπὶ τῆς χειρὸς δεξιᾶς* intellig., forte iterum ϑ praecipue, quod *εἰς ὀργυιὰν* extendere manus deſcribitur.

ἐπὶ γόνατος, δ puto; *ἐπὶ ποδὸς ἄκρου*, ε, *ἐπὶ στήθους η. ἐπ' ἀριστεροῦ μηροῦ β, ἐπὶ γόνατος* res dubia vel κ eſſet; *ἐπὶ τοῦ πλινθίου* ab alio, ut arbitror, adjecta ſunt nam quae ſequuntur *ἐπὶ τῆς τοῦ δίφρου, οὗ κάθηται, ἑκάστης γωνίας* eadem ſunt et κ, α, γ deſignant, et de quarta forte τ ſeu β dubium eſt. Sed haec etiam veteres expedire non potuerunt, quod Theo jam notavit, cujus verba adſcribam: *ἔστιν οὖν ἡ Κασσιέπεια οὐχὶ πᾶσα φανερὰ, ἀλλ' ὡς κλειδὸς ἔχουσα σχῆμα· καὶ οἱ ἀστέρες δὲ οὐκ ἀθρόοι τὸ σῶμα ἀποτελοῦσιν· ἀλλ' οἱ μὲν, πλάγιοι τὰς χεῖρας ἐκτεταμένας, οἱ δὲ κατωτέρω, ἅμα καὶ πόδας καὶ τὴν καθέδραν, ὡς δικλίδα.*

Andromeda. 17.

Cf. Schol. German. ad v. 198 ſeqq. et Hygin. II, 11. v. Tab. I.

διὰ τὴν Ἀθηνᾶν. *Minervae beneficio*, ut eſt ap. Hygin. P. A. II, 11.

προςετέθη leg. *προσετέθη.* ut jam emendavit Koppiers.

Praeterea Koppiers cenſebat, *ὡς καὶ* delendum et jungendum eſſe: *ὑπόμνημα, διατεταμένη τὰς χεῖρας προσετέθη.* Immo, *extentis manibus, ὡς καὶ προστ. eo ſtatu, quo* cet.

ἐπὶ

Digitized by Google

ἐπὶ τῆς κεφαλῆς α; ἐφ' ἑκατέρου ὤμου ε et π forte; ἐπὶ δεξιοῦ ποδὸς φ; ἐφ' ἀριςεροῦ γ; ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ ἀγκῶνος ϑ; ἐπ' ἄκρας τῆς χειρὸς ſcilicet δεξιᾶς κ, ſed adſunt adhuc duae, quae non memorantur ι et λ; ἐπὶ τῆς ζώνης β, μ, ν; ὑπὸ τὴν ζώνην gloſſema eſſe puto. Quaedam ſtellae enim obſcuriores adſtant. Sed Germanicus et Hygin. eadem habent verba. ἐφ' ἑκατέρου γόνατος φ forte et τ; Verba ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ ποδὸς α', ἐπὶ τοῦ ἀριςεροῦ β' ab alio quodam addita eſſe cenſeo. Ita numerus eſſet, ιβ'.

Equus. 18.

Cf. Schol. German. ad v. 204 ſeqq. et Hygin. II, 18. v. Tabul. I. et II. Sidus ex antiquioribus eſt, quamquam non ſtatim perſpicuum ſit, quando ſit inventum. Videri quidem poterat Heſiodi tempore jam notum fuiſſe, ſed manet res dubia. Probabilius eſt, Pindarum illud noviſſe, ſed et de hoc poſtea tres mythi afferuntur in hoc capite.

μόνου lectio prava. Ex Theone ad Phaenom. v. 205 ſeqq. Koppiers μόνου, in αὐτὰ mutare vult. Id enim elegantius dictum eſt. At Theo Eratoſthenem non transſcripſit, et plura in libello hoc, non exquiſite expreſſa obſervas. Igitur pro μόνου legerem aut cum Arnaldo lect. Gr. pg. 144. μόνον aut cum Munckero ad Hyginum P. A. II, 15 et Fellio μόνα.

Ἄρατος v. 213 ſeqq.

Igitur *Eratoſthenes* equum, qui Hippocrenen aperuit, a Pegaſo his verbis diſtinguit. Atque in nullo auctore, qui noſtrum praecedunt, Hippocrenes ortus Pegaſo tribuitur. Heſiodus in Theog. v. 6. fontem nominat, at de Pegaſo nulla ſit mentio. Fictionem igitur hanc, equum fonti in Helicone originem dediſſe, aſtronomis tribuo, quippe qui, cum equum in coelo poſitum viderent, ex nomine ἱπποκρήνη fabulam iſtam finxerunt. Recentiores vero de Pegaſo haec narrant cf. Pauſan. II, 3 et 31. Strabo pg. 379. Hygin. P. A. II, 18. Stat. Theb. VI, 338 et ibi interpp.

Alteram fabulam de Pegaſo et Bellerophonte notam jam in Homero et Heſiodo invenimus, ſed variant in his auctores cf. inprimis Heyne ad Apollod. II, 3, 1. et Herrmann *Mythol. d. Hom. u. Heſ.* pg. 66. ſeqq. 249 et 402. Pegaſum vero ad aſtra evolaſſe in Pindaro tantum occurrit, unde

Digitized by Google

unde jam Hermann *Myth. Handb. B. II.* pg. 472 colligit, hanc notionem ex aſtronomia originem duxiſſe: Pindarus Olymp. 13, 120 - 130 igitur ſidus noviſſe videtur.

Tertia fabula ex Euripide, quem affert.

Μελανίππην. Ita etiam Germanicus. At Hygin. l. c. P. A. II. 18. *Hippen* nominat. Sic etiam Clemens Alexandrinus Stromat. lib. I. pag. mihi 111. Ἵππω. Pollux et Parrhaſius Evippe cf. not. ad Hygin. P. A. l. c. quibus adductus Valckenaer ad Euripidis Phoeniſſ. pg. 185. cenſet, Eratoſthenem ex Hygino eſſe corrigendum et ponendum: Εὐριπίδης δὲ φησιν ἐν Μελανίππῃ. Ἵππην εἶναι τὴν τοῦ Χείρωνος θυγατέρα. cf. Koppiers pg. 113. In tragicis tantum, ut jam dixi, fabula haec invenitur. Praeter noſtrum ex iis, ut puto, etiam Callimachus teſte Hygino P. A. l. c. et Ovidius Met. II, 633 fabulam tradiderunt, ſed in equam converſam eſſe dicunt, quod deorum conſilia hominibus enuntiaret, et ante Ocyrroën eſſe dictam, ut refert Ovidius. Clemens Alexandrinus affert locum ex Euripide, ubi eam ſic deſcribit:

ἣ πρῶτα μὲν τὰ θεῖα προὐμαντεύσατο
χρησμοῖσιν, ἤδη δ' ἀςέρων ἐπαντολάς.

Aſtronomiam igitur docuit; et equi ſidus ad fabulam nomenque Ἵππω inveniendum occaſionem dediſſe arbitror.

ὅθεν τῷ Κενταύρῳ — — θήλειαν οὖσαν. Rationes aſtronomicae his verbis expreſſae ſunt. Anterior enim equi pars in tabulis modo depingitur, atque ſidera haec *Centaurus* et *Equus* ita in ſphaera poſita ſunt, ut oriente uno alterum occidat.

Res aſtronomica non ſatis clara eſt. Dubium enim, utrum ſtellae, quae hodie *Equuleum* formant, ad hoc ſidus referantur, nec ne. Si equuleum non attingimus, ita ponendae ſunt ſtellae:

ἐπὶ τοῦ προσώπου, E intelligo, alteram inveniro non poſſum. ἐπὶ τῆς κεφαλῆς forte n. 18 Bad. in oculo Equi, ſed in Ptolemaeo non occurrit. ἐπὶ τῆς σιαγόνος forte n. 21. et 31. Bad. ſed in Ptolemaei catalogo non adſunt. ἐφ' ἑκατέρῳ ὠτίῳ, ν et ϑ; ἐπὶ τῷ τραχήλῳ — — — λαμπροτερ, ζ et ξ; ἐπὶ τοῦ ὤμου ας ἐπὶ ςήθους β; ἐπὶ ῥάχεως, γ; ἐπ' ὀμφαλοῦ ἔσχατον λαμπρὸν α Andromedae, ſtella huic ſideri et equo communis v. Schol. Arat. et Hygin. Ex iisdem Scholiis apparet, primo ſeptem iſtas formam equi conſtituiſſe, α Andromed., γ, β, α, ζ, ϑ, ε. ἐπ' ἐμ-

προσθίων

προσθίων γονάτων η, ι, ἐφ' ἑκατέρας ὁπλῆς π, κ, niſi forte μ cygni. Omnes igitur ιϛ'.

Aries. 19.

Cf. Schol. German. ad v. 220 et Hygin. II, 20. v. Tabul. I. Teſte Plinio hoc ſidus primum a Cleoſtrato Tenedio inter aſtra relatum eſt. At non liquet, utrum ab ipſo ſit inventum, an ex alia ſphaera ſit deductum. Mythus de Jove Ammone, quem in Hygino legimus, et qui ad priorem vitae ſimplicitatem accedit, probat, ſignum hoc etiam Aegyptiis notum fuiſſe. Ratio cur inter aſtra conſtitueretur haec erat, ut vernum tempus eo exprimerent homines, quod teſte Hygino, cum ſol in hoc ſigno ſit, omnia naſcentia recreantur.

Fabula, quae in noſtro occurrit, ex Aeolicis, et ſideri accommodata eſt. Quamquam ex prima antiquitate petita et jam ab Heſiodo et Pherecyde eſt tradita, ut praeter Eratoſthenem ex Pindari et Apollonii Rhodii Scholiis diſco, nulla tamen ex illis ſcriptoribus ad nos pervenerunt monumenta, ſed modo ex lyricis, tragicis et comicis, rerumque argonauticarum ſcriptoribus, earumque commentatoribus, multis modis aucta et variata, ad nos pervenit. Hinc iſta varietas iſteque diſſenſus. cf. Apollod. 19 et ibi not. pg. 133. ſeqq. Hygin. fab. 3. pg. 20. P. A. II, 20 et ibi interpp. ubi multa de varietate loca collecta ſunt.

Κριὸς Neptuni ex Theophane filius. Hygin. fab. 188. et Schol. German. in Ariete.

ὑπὸ Νεφέλης. In eo conveniunt omnes. Pauſan. modo IX. 34. a Jove miſſum eſſe arietem narrat.

Ἡσιόδος forte in ἠοίαις μεγάλαις et Pherecydes in Theogonia.

καὶ τὸ κέρας ἀπολέσας nec rem alibi notatam eſſe memini, nec video quomodo ἀπολέσας locum tueri poſſit, cum deberet ἀπώλεσεν eſſe. Notam marginalem redolere videtur.

Ποσειδῶν — — Παίωνα Parentheſi includenda ſunt, ut Koppiers monuit. ſed jam Gale ea diſtinxit.

Παίωνα, Kopp. Παίονα.

Αἰήτην Solis filium.

 ὦ καὶ

ᾧ καὶ ἐν Διὸς (ἱερῷ) cet. In his maximus auctorum diſſenſus. Alii enim Phrixum arietem matris praecepto immolaſſe volunt. Hygin. fab. 3. Apollon. Rh. IV, 120.

ἐν Διὸς vix ſanum. Mutandum, ut puto, διεκόμισεν ὁ κριὸς (ſc. τὸν Φρίξον) ᾧ καὶ ἔδωκε τὴν χρυσῆν δορὰν. Hoc melius conveniret cum Hygini et Germanici ſententia. Ille enim: *Eratoſthenes ait, arietem ipſum ſibi pellem auream detraxiſſe, et Phrixo memoriae cauſa dediſſe, ipſum ad ſidera perveniſſe.* Et Germanicus: *Phrixus autem inſidens praeparato arieti, Colchos adductus eſt, ad Aeetam regem, ibique arietem Marti immolavit eique ſuam auream pellem conceſſit, antequam inter aſtra proceſſiſſet.* cet. Theo ad Aratum v. 225 ſeqq. Eratoſthenem memorat, ſed Phrixum Jovi arietem immolaſſe dicit.

ἀυτὸς δὲ εἰς τὰ ἄςρα ἀπῆλθεν. ὅθεν (pelle aurea detracta) ἀμαυρότερον Φαίνεται Theo l. c. διὸ καὶ τοὺς ἀςέρας ἀυτοῦ ἀμαυροῦσθαι Φησὶν, ὡς ἐκδαρέντος. Jam Aratus de obſcuritate hujus ſideris multa dixit, eumque per ſtellas trianguli et zonae Andromedae diſcerni poſſe affirmavit. Contra quam Arati ſententiam diſputat Hipparchus (in Uranolog. pg. 107.) Adſunt enim ſtellae quaedam clariores, et proxime ad eas accedunt, quae in triangulo ponuntur, neque tamen, ut idem Hipparchus addit, ſplendidiores ſunt iis, quae in zona Andromedae conſpiciuntur. Quamquam igitur clarae quaedam adſunt, ſidus ipſum obſcurius eſt, atque perinde conſpicitur, ac ſi plenilunio aſtra obſerves, ubi minores ſtellae evaneſcunt. Ita puto cum Schol. verba Arati eſſe intelligenda. Rationem vero, cur per Deltoton et zonam Andromedae Aries ſit notandus, non perſpicio. Enim vero ſtellas eas indicare, quas Eratoſthenes affert, non audeo, cum plures quidem adſint, ſed omnes ſextae magnitudinis, quae illo tempore vix obſervari poterant. Afferam tamen, quae in Ptolemaeo nominantur. ἐπὶ τῆς κεΦαλῆς α; ἐπὶ τῶν μυκτήρων. Hygin. *in cornibus*, Germanicus *in auriculis* λ (ſed non in Ptolemaeo), η, ϑ, ἐπὶ τοῦ τραχήλου β, γ, ἐπ' ἄκρου ἐμπροσθίου ποδὸς λαμπρὸν. Quaenam haec ſit, non intelligo, et Ptolemaeus pedis anterioris nullam mentionem facit. ἐπὶ ῥάχεως forte ν, ε, δ; ἐπὶ κέρκου, ζ; ὑπὸ τὴν κοιλίαν et ἐπὶ τοῦ ἰσχίου obſcuriores forte ρ, π, σ, ſed incertum, ἐπ' ἄκρου ὀπισθίου ποδὸς forte ξ.

Del-

Deltoton. 20.

Cf. Schol. German. ad v. 229 et Hygin. II, 19. v. Tabul. I. Nomen a figura deductum, et poſteriori tempore forte ab aſtronomis Aegyptiacis inventum, quod mihi ex narratione de Nilo apparere videtur. Ut vero etiam rationem mythicam adhiberent aſtronomi Graeci forte Alexandrini, Mercurii inventis annumerarunt. Quae enim Eratoſthenes de Jovis nomine narrat, grammaticam ſubtilitatem redolere videntur. Praeterea coeli deſcriptionem nusquam Mercurio attribuere memini, de cujus inventis v. Apollod. III, 10, 2 et fragment. ap. Heyn. pg. 1064. ubi *λύρα, γράμματα, μουσικὴ, παλαίςρα καὶ γεωμετρία* nominantur.

ἐκείνου cum Arnaldo (Kopp. pg. 116.) legerem *ἐκεῖνον* ſc. *κριὸν.* cf. c. 19 Theo ad Aratum eodem modo *διὰ τὸ τὸν κριὸν ἀμαυρότερον εἶναι. εὔσημον δὲ τὸ γράμμα ἐπ' αὐτοῦ κεῖσθαι.* Ita Arati verba expreſſa ſunt: *περὶ γὰρ πολέων ἐυάςερός ἐςιν.* ſed neſcio quae ſic ſententia ſit, tres enim trianguli ſtellae omnes ſunt quartae magnitudinis, et α in Ariete ſecundae, β, tertiae γ, quartae magnitudinis.

ἀπὸ Διὸς a Δ prima nominis *Διὸς* litera. Sed muto haec verba in *ἀπὸ Διὸς τοῦ πρώτου τοῦ ὀνόματος, Ἑρμοῦ θέντος.* Ita etiam Theo. Arnaldus (Kopp. l. c.) fere eodem modo *ἀπὸ Διὸς τοῦ πρώτου ςοιχείου τὸ ὄνομα Ἑρμοῦ θέντος, ὅς* (forte *ὅτε* Kopp.)

Φασὶ δε cet. de Delta Aegypti res eſt nota cf. Strabo lib. 17. pg. 542.

καὶ εἰς τὴν τῶν καρπῶν cet. Nonnulla hic deeſſe, jam aſteriſcus in Codice denotat. Kopp. emendare vult *καὶ εἰς τὴν τῶν καρπῶν ἀνακομιδὴν ἐυχερεςέραν ἐσομένην.*

Stellae quas affert, ſunt, α, β, γ. Legit Koppiers in fine: *λαμπρὸν α.*

Piſces. 21.

Cf. Schol. German. ad v. 235 et Hygin. II, 30. Tabul. I. et II. Sidus hoc in Graeciam migraſſe, fabulae, quae ab aſtronomis narrantur, docent. Sed cf. c. 38. et Hygin. P. A. II, 30. Schol. Germanici et Theo ad v. 239 ſeqq.

ὅταν ἐπ' αὐτῷ ἔλθωμεν. c. 38 ſollennius erat *ἐπ' αὐτόν.*

Digitized by Google

At de ſtellis iterum res obſcura. Si Ptolemaeum conſulimus, invenimus η, ψ, χ, ρ, υ, τ, ισ, φ. Reliquae quae occurrunt, i, h, k obſcuriores ſunt, et forte σ et ρ. Ad alligamentum refero η, π, ο parte boreali; α, ν, μ, ab oriente; ζ, ε, δ ad auſtralem. Reliquae in catalogo Bad. n. 27, 29, 30, 33 et β, γ, κ, ϑ, λ, ω, ε non in Ptolemaeo occurrunt. Aratus unam α puto tertiae magnitudinis modo ſtellam ad alligamentum refert. Forte prioribus temporibus ita obſervatum erat.

Perſeus. 22.

Cf. Schol. German. ad v. 243 et Hygin. II, 12. Tabul. I. De ſidere et fabula cf. quae ad cap. 15. monui, et Apollod. II, 4, 1. et ibi notas. Fabulam ipſam jam Pherecydes tractavit, ſed ſimplicius, ut Heyne l. c. affirmat, quam poſtea tragici.

διὰ τὴν δόξαν *nobilitatis cauſſa* auct. Hygin. P. A. II, 12.

τῇ γὰρ Δανάῃ cet. cf. Apollod. l. c.

τοῦ Πολυδέκτου regis inſulae Seriphi.

ἐπέμφθη εἰς Γοργόνας cur id fecerit Polydectes, refert Apollod. l. c.

εἰς Γοργόνας Phorci filias. Nomina apud Apollodorum et Germanicum *Stheno*, *Euryale* et *Meduſa*. Meduſa tantum mortalis erat. Apollod. et Schol. Lycophr. 838. cum antiquioribus locum, ubi erant Gorgones, in inſulis Atlantici Oceani ponunt, recentiores vero, in continente Libyae. cf. not. ad Apollod. pg. 302.

κυνῆν. Hygin. *Orci galeam*, τοῦ Ἅδου, qua indutus videri non poterat v. not. ad Apollod. pg. 301. Alii alio modo. Praeterea peram ei attribuunt Heſiodus Scut. Hercul. v. 224, Scholiaſtes Apollonii Rhodii, Apollodorus et Hyginus.

ἅρπην παρ' Ἡφαίστου a Mercurio ſecundum Apollodorum. Mox poſt φησὶν ὁ τῶν τραγῳδῶν (τραγῳδιῶν) ποιητὴς ex gloſſemate ſunt. Nam Aeſchylum quis ignorat!

προφύλακας ita Eratoſthenes. Alia traduntur ap. Schol. Apoll. Rh. et Apollod. Graeae et Gorgones ſorores erant ſecundum Heſiodum Theogon. 240. cf. not. ad Apollod. pg. 26.

ἕνα εἶχον ὀφθαλμόν. variat Schol. Pindari Pyth. 12. 24.

εἰς τὴν Τριτωνίδα λίμνην ergo in Libya, ut omnes ſerioris aevi ſcriptores. Ita etiam Pauſan. II. 21.

ἔχει δὲ ἀςέρας ἐπὶ μεν τῆς κεφαλῆς, τ; ἐφ' ἑκατέρῳ ὤμῳ λαμπρὸν, γ et *ϑ*; *ἐπ' ἄκρας τῆς δεξιᾶς χειρὸς λαμπρὸν* intelligo *η* Hevelii, ſed non a Ptolemaeo obſervatum.

ἐπ' ἀγκῶνος, κ;

ἐπ' ἄκρας χειρὸς ἀριςερᾶς, δ.

ἐπὶ τῆς κοιλίας, a Fellio appoſitum ex Germanico, *α*.

ἐπὶ δεξιοῦ μηροῦ λαμπρὸν, λ.

ἐπὶ γόνατος ἑκατέρου, b et *ν*.

ἐπ' ἀντικνημίου ἑκατέρου μ, ε.

ποδὸς α, ἀμαυρὸν ζ. Neſcio an jure *ἀμαυρὸν* a Fello ex Germanico ſit additum. Eſt ſtella tertiae magnitudinis.

περὶ τοὺς Γοργόνος πλοκάμους, β, ρ, π. De nebula in manu dextra, quae in tabulis litera *χ* diſtinguitur, res nota eſt. v. tabula. In globo Farneſiano nebula in ſiniſtra, caput Meduſae in dextra manu ponitur.

Pleias. 23.

Cf. Schol. German. ad v. 246 et Hygin. II, 21. Tabul. I. De his cf. c. 14. Nomen ipſum vario modo ſcribitur *Πλειάδες* et *Πληϊάδες*, variaeque cauſae memorantur. Schol. Il. *σ*, 486. Apollod. III. 10. De cauſa nominis v. Schol. Hom. l. c. Theo ad Arat. 254 ſeqq. Hyg. Fab. 192. et P. A. II. 21. Scilicet nomen acceperunt ſive quod plures erant, ſive quod tam arcte conjunctae ſunt, ſive a matre Pleione.

ἐπὶ τῆς ἀποτομῆς de ſitu etiam variant aſtronomi. Schol. Homer. *ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ ταύρου.* Nicander, ut ex Theone diſco, in cauda Tauri; ſed Aratus et alii in ſpina.

Initium capitis valde turbatum eſt. Verba igitur *ἐπὶ τῆς ἀποτομῆς — — καλεῖται* ita jungo: *ἐπὶ τῆς ἀποτομῆς τῆς ῥάχεως τοῦ ταύρου ἡ καλουμένη Πλειὰς* (ut cap. 14. *αἱ ὑάδες καλούμεναι*) *ἐςι συνηγμένη δι' αὐτῆς* (ſc. *τῆς ῥάχεως*) *εἰς ἀςέρας ἑπτὰ, διὸ καὶ ἑπτάςερον καλεῖται. λέγουσι δε* cet. Theo, Germanicus et Hyginus valde diverſa ab Eratoſthene narrant.

 εἶναι

Digitized by Google

εἶναι τῶν Ἄτλαντος θυγατέρων. Id ſignificare videtur, plures filias habuiſſe Atlantem. Ab Apollodoro ſeptem modo iſtae traduntur. Sed in eo fabula aſtronomica ab aliis differt, quod in hac Hyades Pleiadum ſorores nominantur. Ita Schol. Hom. l. c. Theo, Hyginus aliique.

Ordinem et nomina Aratus ita deſcribit: Ἀλκυόνη, Μερόπη τε Κελαινώ τ' Ἠλέκτρη τε καὶ Στερόπη καὶ Τηϋγέτη, καὶ πότνια Μαῖα.

Λεῦκος leg. Λύκος. Heyne ad Apollod. pag. 683.

Στερόπη. Maxime conveniunt cum Eratoſthene Schol. Hom. et alii, praeter Apollodorum qui Oenomao nupſiſſe Steropen dicit. De diverſitate fabularum v. Heyne not. ad Apollod. pag. 683. et interpp. ad Hygin. fab. 84 et 159. Si noſter Apollodorum ſecutus eſſet, non explicari poſſet, cur una Pleiadum obſcurior videretur. Caeterum noſtro Hellanicum praeiviſſe ex Schol. Hom. l. c. conſtat. Alio modo narratur fabula a Pherecyde et cyclicis.

Quaenam fuerit ſeptima ſtella, incertum eſt. Quae enim obſervari poterant, ſunt, η tertiae, b, e, d quintae, n, c, k, f ſextae magnitudinis.

θέσιν δ' ἔχουσιν — — σχήματος ab aliena manu profecta mihi videntur. Neque enim Germanicus neque Hyginus ea habent. Hipparchus autem aſtronomus poſt Eratoſthenem vixit. Sed etiam Fellus locum hunc ſuſpectum eſſe ſenſit.

Lyra. 24.

Cf. Schol. German. ad v. 258 ſq. et Hygin. II, 7. Tabul. I. De hujus ſideris origine nulla veſtigia in veterum ſcriptis inveniuntur. Eſt ſtella primae magnitudinis, quae in hominum primo ſidera contemplantium oculos incurrere eorumque mentem attentam facere poterat. Caeterum obſervandum eſt, a noſtro forte fabulam, quae, ut in hoc capite ex Aeſchylo affertur, ad rationes aſtronomicas exprimendas excogitata eſſe videtur de Mercurii inventis, cum Orphei hiſtoria conjunctam eſſe. Ab aliis Orpheus primis inter Graecos aſtronomiae auctoribus annumeratur. v. Lucian. de aſtrologia. Prior etiam ab Arato tractatur.

ἐννάτη nullum admittit ſenſum ideoque rejiciendum. Neque in Germanico neque in Hygino aliquid occurrit, etiam Phavorinus vocem hanc omiſit.

ὑπὸ

Digitized by Google

ὑπὸ Ἑρμοῦ vid. Apollod. III. 10, 2. Hygin. P. A. II, 7. et ibi interpp. In Arcadia id factum eſſe commemorat Apollod. l. c. Germanicus: *Ex cornibus boum Apollinis ex teſtudinis ſimilitudine.*

καὶ τῶν Ἀπόλλωνος βοῶν. Orationem hanc corruptam eſſe monuit Heyne ad Apollod. pag. 689.

τῶν Ἀτλαντηρίδων. Ἀτλαντίδων Munk. ad Hygin. P. A. pag. 439. i. e. Pleiadum. Hyginus addit: *Quod Maia una ex illarum numero eſſet, quae Mercurii eſt mater.*

κατέβαλε Heyne ad Apollod. l. c. κατέλαβε.

δέδωκεν ὃς Καλλιόπης υἱὸς ὢν cet. Diſtinguere malim: Ὀρφεῖ δέδωκεν, ὃς Καλλιόπης υἱὸς ἦν, μιᾶς τῶν Μουσῶν. Ἐποίησε δὲ cet. Germanicus: *Eo quod unius ex Muſis, id eſt Calliopae ſit filius. Fecit autem* cet.

καὶ τὰ θηρία. De Eurydice uxore quam ex inferis eduxit, nulla fit mentio. v. Apollod. I. 3, 2.

ἐκάλει. Koppiers ἐκήλει quem vide pag. 118. ubi plura afferuntur loca deliniit.

ὃς τὸν μὲν Διόνυσον cet. Aeſchylum ſecutus eſt. Diverſa traduntur ab Apollod. l. c. ubi Orpheus Dionyſiaca inveniſſe dicitur.

Πάγγαιον mons Thraciae. Euripides et Apollodorus Olympum memorant.

Βασσαρίδας — Apollod. Μαινάδες.

De interitu Orphei varia narrantur apud Hyginum.

Αἰσχύλος in tragoedia Βασσαρίδες vid. Heſych. et Schol. ad Nicand. Theriaca. Nomen *Baſſarides*, quo Aeſchylus uſus eſt, a veſte ortum, quam gerebant. v. Heſych. v. βασσάραι.

Λειβήθροις. Mons Thraciae poſtea Macedoniae adſcriptus. v. Spanh. hym. in Cerer. v. 25. Euſtath. ad Il. Φ. p. 1323. Tzetz. ad Lycophr. 410. Kopp. pag. 119. Germanicus h. l. corrigendus *in Lesbiis montibus.*

ὅτῳ δώσειεν Theo ad Aratum et Germanicus, Muſaeo datam eſſe dicunt, et memoriam aſtris eſſe illatam. Stellae quae nominantur, ſunt: De partibus Lyrae egit Fell ad h. l., ex quo afferam, quae ad rem pertinent. α, ε, ζ, δ, β, γ. De reliquis res incerta forte η, θ, λ aut γ.

κτενῶν. Κτείς, plectrum, eas partes deſignat, quae a Ptolemaeo κέρατα nominantur, et quae ſummitati proximae ſunt.

 πη-

πήχεως. Πηχεῖς Heſychius ἀγκῶνας, et haec ad ſuperiorem Lyrae partem ſpectare videntur.

ὦμοι. Exterior et maxima curvatura.

πυθμὴν ima pars, baſis.

ζυγὸς tranſtillum.

Cygnus. 25.

Cf. Schol. German. ad v. 260 et Hygin. II, 8. Tabul. I. Nomen ὄρνις ex ſimilitudine atque ſtellarum diſpoſitione petitum.

ὄρνις a Fello ex Arato additum. Nomen hic deeſſe apparet.

De fabula ipſa cf. omnino not. ad Apollodor. pag. 716. ſeqq. Hygin. fab. 77. Eratoſthenes, Apollodorus, Hyginus aliique Nemeſin matrem, Ledam Helenae nutricem fuiſſe dicunt.

ἐπεὶ αὐτὴ in anſerem mutatum eſſe narrat Apollod. III. 10, 2. πᾶσαν forte delendum.

Κράτης ὁ ποιητής. Valken. ad Phoeniſſ. v. 447. et Koppiers mutant in Κρατῖνος, qui fuerat comoediarum ſcriptor, cuius *Nemeſis* fuit. De ſcriptis eius plura fragmenta reſtant ap. Athenaeum. De Nemeſi praecipue lib. IX. pag. 373.

Verba καὶ διὰ τὸ μὴ μεταμορφωθῆναι atque αὐτὸν del. ἀλλ., οὕτως ἀναπτῆναι εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν τύπον τοῦ κύκνου ἔθηκεν (forte τεθῆναι) ἐν τοῖς ἄςροις.

ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, β.

ἐπὶ τοῦ τραχήλου λαμπρὸν φ, ſed obſcurior eſt.

ἐπὶ τῆς δεξιᾶς πτέρυγος ζ, ε, λ (ν, ξ). Sed forte omiſſa ſunt ἐπὶ τῆς ἀριςερᾶς, quod Germanicus et Hyginus addunt et rei convenit. Igitur ſupplenda ſunt, δ, θ, κ, ο, ω.

ἐπὶ τοῦ σώματος unam modo ponerem γ nimirum. Et ſane a librario in numero Α in Δ mutari poterat.

ἐπὶ τοῦ ὀρθοπυγίου α. Ita numerus eſſet, ιδʹ.

Aquarius. 26.

Cf. Schol. German. ad v. 266 et Hygin. II, 29. Tab. II. De ſideris origine conſtituere aliquid non auſim. Fabulae poſtea ab aſtronomis additae, et quidem ab Eubulo,

Cecrops;

Digitized by Google

Cecrops; ab Hegeſianacte Deucalion propter diluvium et a noſtro Ganymedes propter pocula. Fabula ex Troicis eſt. Apollod. III. 12, 2. atque a poetis et mythographis multis modis variata. v. omnino Hygin. fab. 271 et ibi interpp.

ὥσπερ ἂν οἰνοχόον χέειν. Heyne οἰνοχόην χέειν *tanquam ſi vas effundat.*

ἐπάγονται τὸν ποιητὴν μάρτυρα Homerum Il. υ. 233. ſeqq.

κάλλει οὕτως ὑπερενέγκας, ἵνα οἰνοχοῇ, ἄξιον κρίναντα αὐτὸν τῶν θεῶν. Ordo verborum valde turbatus et mutandus forte τῶν θεῶν ἄξιον κρινάντων αὐτὸν, ἵνα οἰνοχοῇ. Inf. c. 33. Jupiter — τὸν δὲ εἰς τὰ ἄστρα ἀνήγαγεν ἄξιον κρίνας.

ἐπὶ τῆς κεφαλῆς δ et alia obſcurior, ſed altera a Ptolemaeo non additur.

ἐφ' ἑκατέρων ὤμων, α, β;

ἐφ' ἑκατέρῳ ἀγκῶνι γ et ξ forte ſed obſcurior.

ἐπ' ἄκρας χειρὸς δεξιᾶς μ.

ἐφ' ἑκατέρου μαστοῦ. Dubium forte θ et λ Capricorni, aequales ſplendore, reliquae, quae adſtant obſcuriores ſunt, neque in Ptolemaeo inveniuntur.

ὑπὸ τοὺς μαστοὺς ἑκατέρωθεν ρ et ι.

ἐπ' ἀριστεροῦ ἰσχίου σ.

ἐφ' ἑκατέρου γόνατος τ et υ.

ἐπὶ δεξιᾶς κνήμης δ.

ἐν ἑκατέρῳ ποδὶ, 2c et λ in Piſce ponerem.

ἡ δὲ ἔκχυσις τοῦ ὕδατός ἐστιν ἐξ ἀριστερῶν. Ita in tabulis veterum aſtronomicis. Sed in Eratoſthene ubique imagines ita deſcribuntur, ut in ipſa ſphaera obſervantur, et a noſtratibus in tabulis depinguntur; alias loca quaedam de ſtellis conſtituendis in noſtro praecipue c. 9 et 22 explicari non poſſunt. Germanicus hoc loco habet *dextra laevaque*, et Hyginus verba haec plane omiſit. Forte igitur ἀριστερῶν in δεξιῶν mutandum. Orationem hoc loco valde corruptam eſſe et mancam ex iis, quae a Fello addita et uncis incluſa ſunt, jam ſatis conſtat.

ἔχουσα ἀστέρας (λ') β', οἵ εἰσι λαμπροὶ Hygin. addit *prima et noviſſima* ita ut η eſſet et α in Piſce. Omnes quae apponere auſim hae ſunt: ζ, π, η, κ, λ, 1 h, φ, χ, ψ, 2 ψ, 3 ψ n. 94 Bad., 1 ω, 2 ω, 1 A, 2 A, 3 A, 1^b, 2^b, 3^b, forte etiam 4^b, 1^c et α in Piſce. De reliquis res eſt incerta.

Pan ſive Capricornus. 27.

Cf. Schol. German. ad v. 266 ſeqq. Hygin. II, 28. Tabul. II. Teſte Macrobio Saturnal. l. I. c XVII inter aſtra poſitum eſt ſidus, quod *caprae conſuetudo haec in paſtu videtur, ut ſemper altum paſcendo petat, et ſol in capricorno incipit ab imis in alta remeare.* Ab Aegyptiis inter ſidera relatam eſſe ex narratione de Typhone apud Hyginum fit probabile. Forte etiam forma inde deducta eſt. Enim vero poſtea magna fabularum confuſio in hoc capite, grammaticorum ſtudio et conatu mythos graecos applicandi, facta atque librariorum injuria admodum aucta.

Jam ab initio pro Πὰν ex Arato, Theone, etiam e Phavorino, qui hanc fabulam ſecundum Eratoſthenem narrat, ſubſtituerem ἀιγόκερως. Hoc melius convenire videtur. Fabulae Arcadicae et Creteuſes cum Aegyptiacis confuſae ſunt.

Ὀυτός ἐςι τῷ εἴδει ὅμοιος τῷ Αἰγίπανι, ἐξ ἐκείνου δὲ γέγονεν. Omnia obſcura. Quam diverſae fuerint veterum de Pane et Aegipane ſententiae vides apud Salmaſ. ad Solin. pag. 293.

Ex omnibus vero locis, quae contuli, ſuſpicari licet, Aegipanis notionem a ſerioribus poëtis eſſe inventam. (cf. etiam Heyne *antiqu. Aufſätze 2tes Stück* pag. 53. ſeqq.) Sed nusquam invenies, Aegipanem hac forma fingi. Locum igitur vix ſanum eſſe puto. Verba ἐξ ἐκείνου δὲ γέγονεν, ſi ab Eratoſthenis manu profecta eſſent in ἐξ οὗ γέγονεν eſſent mutanda. Sed neque Germanicus neque Hyginus ea habent. Ea igitur delenda eſſe dicam et reliqua ita jungam: Οὗτός (ſc. ἀιγόκερως) ἐςι τῷ εἴδει ὅμοιος τῷ ἀιγίπανι· ἔχει δὲ (ſc. ἀιγιπαν) cet. Ita locus claſſicus esſet de forma Aegipanis apud veteres. Alii, qui poſt Eratoſthenem vixere, ſcriptores, Panis formam ei tribuunt. De quibus cf. Salmaſ. ad Solin. l. c. ubi plura ex Plinio, Plutarcho, aliisque afferuntur loca. Ptolemaeus Hephaeſtion vero apud Phot. n. 191. fin. Pana piſcis formam habere affirmat. Aliter Sophocles (in Aiace v. 704) Pana ἀλίπλαγκτον nominat. Phavorinus, qui noſtrum hoc loco exſcripſit, legit ὅμοιος τῷ Παvὶ, Fell. animadvertit, ἀιγι πανι in codice diviſum fuiſſe. Theo: ὅμοιός ἐςι τῇ ἀιγὶ.

θηρίου. Mutarem cum Fello ἰχθύος quocum etiam conſentiunt Theo, Germanicus et Hyginus.

Ἐπι-

Ἐπιμενίδης. Forte in Theogonia. cf. Meurſii Creta. pag. 240. Sed in Schol. Theocrit. I, 3. Epimenides Pana fratrem Arcadis ex Jove et Calliſto eſſe dicit.

ὅτε ἐπὶ τοὺς Τιτᾶνας ἐςράτευσεν. Hoc loco, ut ſaepius a recentioribus praeſertim a tragicis factum eſſe vides, pugna deorum cum Titanibus cum altera pugna cum Typhone facta confunditur. Apud Apollod. I, 6. Aegipan Jovem contra Typhonem adjuvat. cf. etiam not. pag. 85. Aliam fabulam de fuga deorum in Aegyptum v. Hygin. P. A. II, 28.

κόχλον Theo κόχλακα.

ἐν ᾧ forte χρόνῳ et καθώπλισε, ſcil. Ζεύς.

διὰ τὸ τοῦ ἤχου πανικὸν καλούμενον, ὃ οἱ Τιτᾶνες ἔφευγον. Koppiers ὃ putat delendum et legendum: διὰ δὲ τὸ τοῦ ἤχου Πανικὸν καλούμενον οἱ Τιτᾶνες ἔφευγον. Sed ut idem putat, forte non nulla hic exciderunt.

πανικὸν Terrores ex incerta cauſa cf. omnino Koppiers pag. 121. et ibi citt. auctt.

ἐφ' ἑκατέρου κέρατος α et γ ponerem.

ἐπὶ τῆς κεφαλῆς β forte π aut σ.

ἐπὶ τοῦ τραχήλου τ et υ, de reliquis incertum.

ἐπὶ ςήθους η et ψ ponerem.

ἐπ' ἐμπροσθίου ποδὸς ω.

ἐπὶ ῥάχεως incertae, in Ptolemaeo modo occurrunt ϑ, ι, γ, 2ᵈ, forte etiam 1ᵈ et 3ᵈ et 3 antecedentes.

ἐπὶ γαστρὸς, A, ζ, b, ε, κ.

ἐπ' οὐρᾶς δ et μ.

Sagittarius. 28.

Cf. Schol. German. ad v. 283 ſeqq. et Hygin. II, 27. v. Tabul. II. Cleoſtratus Tenedius eum inter aſtra poſuit teſte Plinio II, 8. ſ. 6.

ὃν οἱ πλεῖςοι λέγουσι Κένταυρον εἶναι ita ab Hygino et fere omnibus poſterioribus. Forte haec forte ex aliena ſphaera petita eſt.

ἕτεροι δ' οὔ φασι cet. Loca claſſica de Centauris Pindar. Pyth. II. 79, ſeqq. et ibi Schol. cum Schol. ad v. 40 ſeqq. et Diodor. II. pag. 313. ed. Weſſel. ubi etiam genealogia eorum habetur. Ex Scholiis allatis vidi Pherecyden, Aeſchylum et Aſclepiaden fabulam attigiſſe.

Ho-

Digitized by Google

Homerus et Heſiodus, ille Il. α, 263 et Odyſſ. φ, 294, hic in Scuto Herc. 188 ſeqq. pugnam cum Lapithis narrant, formam Centaurorum non deſcribunt. In eo autem omnes, etiam ſerioris aevi, ſcriptores, conveniunt, ex Ixione et Nephele eos eſſe ortos. Praeterea in Schol. Pindari, quae ſine dubio ex Aſclepiade ſumta ſunt, ſi ea cum ipſa Pindari ſententia comparas, Centauri formam ab humana diverſam habuiſſe dicuntur. Poſtea autem, ut ait Pindarus, cum equabus congreſſi populum totum procrearunt matri inferius patri deſuper ſimilem. Diodorus quoque l. c. Centauros ἀνθρωποφυεῖς vocat. Forma igitur equina, ex equitandi ſtudio deducta, iis a lyricis forte data eſt. Sed eſt in his quoque diverſitas. Palaephatus totam formam equi ſpeciem habuiſſe praeter caput aſſerit. (pag. 4. ed. Gale.) Pauſanias v. 67. Centaurum deſcribit cujus pedes priores humani, poſteriores equini fuere.

Κενταύρων δὲ οὐδεὶς τόξῳ κέχρηται. Nusquam enim eos invenio *ſagittis utentes*. Ab Heſiodo in Scuto Hercul. 188. finguntur:

ἀργύρεοι χρυσέας ἐλάτας ἐν χερσὶν ἔχοντες.

coll. 190. ubi iterum *abietibus pugnantes* deſcribuntur. Sic etiam apud Apollod. II, 5. in pugna cum Hercule *abietibus et ſaxis armati* ſunt, et apud Diodor. pag. 258 alii *piceis radicitus evulſis*, alii *grandibus petris*, alii *ſuccenſis facibus*, alii magnis *ſecuribus* arreptis in proelium ruebant. Et Virg. Aen. X. 196 eodem modo:

Inſtat aquae ſaxumque undis immane minatur
Arduus — — — —

οὗτος δ' ἀνὴρ ὢν σκέλη ἔχει ἵππου, καὶ κέρκον καθάπερ οἱ Σάτυροι. Fuerat igitur haec antiquior apud Graecos ſagittarii forma.

ἀλλὰ μᾶλλον Κρότον cet. Fabula, ut videtur, a tragicis inventa. Etiam fabulam de Eupheme, nutrice Muſarum, nullo alio loco invenire poſſum, quam tamen in Boeotia notam fuiſſe et tritam ex Pauſania IX, 29 colligo, ubi Euphemes effigiem in Helicone monte poſitam fuiſſe narrat auctor.

Σωσίθεος: tragoediarum ſcriptor: addit Hygin. P. A. II, 27. Quas de eo notitias habemus, congeſtae ſunt in Fabricio Harleſii.

ἐπὶ σημασίας ἐπαινεῖσθαι κρότον ποιοῦντα. Weſſel. ad Diod. pag. 254 locum emendat, ἐπισημασίαις

σίαις ἐπαινέσαι κρ. π. Germanicus, *Plauſu cantus earum diſtinguebat, id eſt, ad pedem manibus plaudebat*, numerum ſ. menſuram indicabat plauſu. Vox enim choragi nimis obſcura erat, ut ab omnibus poſſet diſtingui. Itaque reliqui eum intuentes ad ſignum datum idem fecerunt, i. e. cantum inceperunt.

δόξης τυχοῦσαι τῇ τούτου βουλήσει Germanicus et Hyginus ea non habent mihique ex margine irrepſiſſe videntur.

Caeterum mirum omnino eſt Croto huic ſagittam tributam eſſe.

Equidem puto, id primum ab aſtronomis factum eſſe, qui, ut fabulam haberent, quam ſideri huic applicarent, eam de Croto hoc modo mutarunt.

ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις — — — πλοῖον αὐτοῦ μαρτύριον. Senſus is mihi eſſe videtur: Navis teſtimonium eſt, inter homines retentam eſſe iſtam conſuetudinem cum remi ad numerum quendam agitari ſoleant.

ὅτι πᾶσιν ἔσαι σαφὴς, οὐ μόνον τοῖς ἐν χέρσῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν πελάγει. Valde jejuna ideoque rejicienda mihi videntur. Germanicus et Hyginus ea plane omittunt.

ἔχει δ' ἀσέρας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ξ. et π. Mirum duas alias omiſſas eſſe.

ἐπὶ τοῦ τόξου ι μ et λ ponerem.

ἐπὶ τῆς ἀκίδος γ. et aliam adjacentem quamquam non a Ptolemaeo additam.

ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ ἀγκῶνος φ.
ἐπ' ἄκρας χειρὸς δ.
ἐπὶ τῆς κοιλίας ζ.
ἐπὶ ῥάχεως 2χ et h ponerem.
ἐπὶ κέρκου ω.
ἐπ' ἐμπροσθίου γόνατος α.
ἐφ' ὁπλῆς β.

Reliquae ſeptem eae ſunt, quae coronam auſtralem formant, quae vero, ut ex hoc loco conſtat, nondum Eratoſthenis aetate in imaginem collectae erant.

ὅμοιοι δέ εἰσι τῶν ὀπισθίων, iis ſcilicet, α et β quarti ordinis, in pede et ungula.

Sagitta.

Digitized by Google

Sagitta. 29.

Cf. Schol. German. ad v. 283. ſeqq. Hygin. II, 15. v. Tab. I. Narratio eſt apud veteres ab Hyperboreis (cf. Herod. IV. Diod. II. 47. pag. 158 ed. Weſſel. et alii apud Spanh. ad Call. pag. 489 ſeqq.) ſacra quaedam, frugumque primitias ad Graecos perveniſſe. Quae notiones quamquam a diverſis auctoribus traduntur, tamen ad eandem rem ſpectare et rationes quasdam aſtronomicas exprimere mihi videntur. Diodorus enim ex Hecataeo narrat, lunam in eorum inſula conſpici parum a terra diſtantem (quae obſervatio populis in littore habitantibus lunamque e mari emergentem contemplantibus obvia fuit) et terreſtres quosdam tumulos in facie repraeſentantem, deumque Apollinem undevigenis annis ſemel inſulam adire, ejusque adventum ab hominibus celebrari. Quae verba jam Diodorus de cyclo aſtronomico interpretatur.

Spectant quoque ea, quae in hoc capite occurrunt ad eandem gentem; et fabula forte ſignificat, ſidus ab ea gente aſtronomiam tractante primum animadverſum atque inde ad Graecos notitiam perlatam eſſe. Saltem in obſcura iſta traditione apud Herodotum Abarin ab Hyperboreis ſagittam per univerſam terram circumtuliſſe, aliquid ineſſe videtur, quod cum fabula in hoc capite cohaereat. cf. etiam de fabula Jamblichus pag. 119. ed. Kuſter. et Porphyrius vit. Pythagor. pag. 35.

ὅ φασιν. Germanicus ſagittam ad ſagittarium refert.

Ἀπόλλωνος. v. Cap. 6.

ὁ ναὸς ὁ πτέρινος. De templo hoc v. Pauſan. Phociac. (lib. X, 5.) aedem is ipſam pennis conſtructam ab apibus, cera et pinnulis compactam, ab Apolline ad Hyperboreos miſſam eſſe dicit.

καὶ ἐπαύσατο. De fabula v. Apollod. III. 10, 7. Hygin. fab. 49 et ibi citt. auct. Alii Apollinem id ex amore feciſſe dicunt. v. not. ad Hygin. l. c. Sed inter eos, quos noſter ſecutus eſt, fuerat etiam Pherecydes.

πρότερον Heyne *ὕστερον.*

μετὰ τῆς καρποφόρου Δήμητρος. De frugum primitiis intelligendum. v. Spanh. ad Callim. Stellae ſunt α, β, γ, δ, ſed γ non obſcurior ceteris, ut Eratoſthenes putat.

Aquila.

Digitized by Google

Aquila. 30.

Cf. Schol. German. ad v. 292. et Hygin. II, 16. v. Tabul. I.

Sidus jam Euripidis tempore Graecis notum erat. v. Euripidis Rheſus. v. 327.

Οὗτός ἐςιν, cet. Haec fabula ab iis addita eſt, qui Aquarium Ganymedem eſſe dixerant.

διόσου καὶ πρότερον in διόπερ muto. Germanicus: *Eſt enim ea ſignum Jovis, quod cum Dii omnes volucres inter ſe dividerent, eam in partitione ſortitus ſit Jupiter.*

οὐ ταπεινούμενον, *qui non deprimitur, quo minus in altum evolet.*

διαπεπτάμενος. Kopp. ἀναπεπτάμενος Germ. *Pennis tenſis.* Pingitur ad orientem volans. Fabulam de aquila Jovi obviam veniente ex Eratoſthene petunt Serv. ad Virg. et Schol. Horatii. cf. not. ad Fulgent. I, 25.

καὶ κατὰ κράτος ζητούμενον. ζητούμενον Koppiers mutat in αὐξάμενον, ut *magnis incrementis celeriter adoleviſſe* Jovem deſignaret. Neuter interpretum verba habet. Per ſe tamen illa bonum ſenſum reddunt: *cum Jupiter omni ſtudio quaereretur* ſc. a patre Crono devorandus.

Stellae, quas affert, fuere α, β, γ, ſed de quarta incertum eſt, forte ζ aut ε.

Delphinus. 31.

Cf. Schol. German. ad v. 295. Hygin. II, 17. v. Tabul. I. Fabula ipſa ex antiquiſſimis eſt, de qua v. Apollod. I, 4, 4. Attigit eam jam Heſiodus in Theogonia. Sed de delphino mythum in nullo alio reperire poſſum auctore, ſi ab iis diſceſſeris, qui auctorem noſtrum ſunt ſecuti. De ſidere ipſo quicquam conſtituere non poſſum.

Ἀμφιτρίτην. Catalogum Nereidum v. apud Heſiodum in Theog. 243. ſeqq.

ὡς δὲ καὶ αἱ πλεῖςαι locus corruptus. *Gale* transtulit, quemadmodum et aliae Nereides cet. Sed verba haec cum praecedentibus non cohaerent, quod etiam Koppiers vidit, qui ex catalogo apud Heſiodum pro ὡς, Σαὼ δὲ καὶ αἱ πλεῖςαι Νηρηΐδες reſtituere vult. Poterat quidem ultima ſyllaba vocis σπεύδουσα facile abſorberi, ut idem putat, et

Digitized by Google

et nomen Σαὼ in ὡς degenerare. Sed verba ita reſtituta uncis includerem ſi ſana eſſent, quo fieret, ut praecedentia melius cum reliquis cohaereernt.

μνηςῆρας Koppiers μαςῆρας. Sunt hi ζητοῦντες, ἐρευνῶντες, Heſychio interprete, quocum etiam conſentiunt Germanicus et Hyginus.

ἐν τῇ χειρὶ ποιοῦσιν cet. Apud Pauſaniam in Phocic. fingitur Neptunus altero pede in Delphinum aſcendens, et alio loco, lib. II, 2, et c. 35. in eo ſtans depingitur. Id etiam Hyginus affirmat, qui addit: *Delphinum aut in manu aut ſub pedibus videmus.* Mox *Artemidorum*, elegographum, ex hoc uno loco novimus.

Stellae, quae afferuntur, ſunt: α, β, γ, δ, ζ, η, ϑ, ε, κ.

Orion. 32.

Cf. Schol. German. ad v. 299 ſeq. Hygin. II, 34. v. Tab. I. et II. Hunc aſteriſmum et canem jam primis temporibus in coelo poſitos eſſe videmus ex Homeri et Heſiodi ſcriptis, quibus poſtea, quamquam tempus conſtitui non poteſt, Procyon et Lepus adjuncti ſunt. Omnes etiam mythi, qui de Orione narrantur ab Homero, lyricis aliisque, certe ex aſtronomia originem ducunt, atque ad ortum ejus, occaſum, poſitionem et ſplendorem exprimendum excogitati ſunt. cf. praeter Apollod. I, 4, 3, Hermann I. B. pag. 159. ſeq. et II. B. pag. 299.

Ἡσίοδος forte in ἀςρικῇ βίβλῳ. Sic etiam Pherecydes ap. Apollod. I, 4, 3.

ἐξ Εὐρυάλης. Schol. Arat. ἐκβρύλλης, et Schol. Nicandr. Ther. v. 15. ἐξιγέλου, ſed utrumque a Munk. ad Hygin. et Koppiers in Εὐρυάλης mutatum.

ἐλθόντα cet. Theo ad Aratum dicit ex Boeotia eum veniſſe ad Chium, ut inſulam reptilibus purgaret.

Ἡνδαλίωνα Hyginus *Cedaliona;* Schol. Nicandr. Κηδαλίωνα; Schol. Arat. Κυδαλίωνα. Itaque etiam hic cum Koppiers reſtituerem Κηδαλίωνα. Praeterea οἰκέτην et ὁδηγῇ rejicit. cf. Not. ad Apollod. p. 50.

θυμωθεῖσα δὲ αὐτῷ Γῆ. In aliis legimus, Dianam iratam eſſe, quod auſus ſit cum ea certare in venando.

ὁμοίως καὶ τὸ θηρίον, τοῦ εἶναι. forte αὐτοῦ εἶναι.

Ἄλλοι

Ἄλλοι δέ φασιν. Ex Euphorione deducta cf. Schol. Il. σ, 486. Aliam fabulam, ubi Orion Pleiades ſectari fingitur, quam ex Pindaro Nem. III, 7. Schol. ad Nem. II. 16. et Hygin. II, 21. novimus, jam Heſiodus noverat, ut ex v. 619. Ἐργ. colligo.

ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λ, 1 φ, et 2 φ.
ἐφ' ἑκατέρῳ ὤμῳ α, γ.
ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ ἀγκῶνος μ.
ἐπ' ἄκρας χειρὸς ξ.
ἐπὶ τῆς ζώνης δ, ε, ζ.
ἐπὶ τοῦ ἐγχειριδίου 1 c, ι, ψ.
ἐφ' ἑκατέρῳ γόνατι κ, η.
ἐφ' ἑκατέρῳ ποδὶ ὁμοίως, ζ in lepore puto et β.

Canis. 33.

Cf. Schol. German. ad v. 301 ſeqq. Hygin. 35. v. Tabul. II. Pherecydem in hac fabula praeiviſſe ex Schol. Od. λ, 320 conſtat. cf etiam Apollod. III, 15, 1, et ibi not. Hygin. fab. 189. et ibi interpp. Fabula ipſa ex Atticis et Argivis ſumta eſſe videtur. Sed de cane in Pherecyde nulla fit mentio, et veriſimile eſt, Eratoſthenem hoc loco cyclicos ante oculos habuiſſe. cf. Suidas v. Τελμισία, ſeu, ut legendum eſt, Τευμησσία.

μετὰ τοῦ δράκοντος. Ita etiam Germanicus. Sed ſine dubio cum Koppiers reſtituendum ἄκοντος.

ἐδωρήσατο. Vide Apollod. III, 15, 1. A Diana ea accepiſſe Procridem docent Pauſan. 9, 19. Ovid. Metam. VII, 661. ſeqq.

ἦλθε δὲ εἰς τὰς Θήβας et Apollod. II, 4, 6. et 7.

ἄξιον κρίνας. E margine irrepſiſſe puto.

Alii dicunt, utrumque et canem et vulpem in lapidem convertiſſe Jovem.

Altera fabula de *cane Orionis* tota aſtronomicae originis eſſe videtur. Canem Pindarus λεονδάμαν nominat apud Lucianum de imaginibus c. 19.

ἕτεροι δέ φασιν. Homerus fabulam jam tractaverat Il. χ, 29.

Ὅντε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσι.

cf. etiam Theo ad Arat. 326.

Sed in Scholiis ad hunc Homeri locum alia fabula narratur, Eratoſthenique tribuitur, ſcriptum vero ipſius, unde

 ex-

excerpta ſit, non indicatur. Ex Erigone petitum eſſe, vix licet arbitrari, cum nomen carminis vix omiſſurus fuiſſet Scholiaſtes, quod Longinus *διὰ πάντων ἀμώμητον* fuiſſe affirmat; Praeterea mirum videri poterat, in hoc capite, ubi duas de Cane fabulas affert, tertiam ab eo eſſe omiſſam, quae in illo poemate copioſius explicata fuerat. Atque is qui Eratoſthenem inſpicit, eaque, quae in eo ſana eſſe videntur, cum fragmento in Scholiis comparat; in utroque idem dicendi genus, eandem orationis indolem eundemque tenorem elucere, ideoque utrumque ab eadem manu profectum eſſe non negabit.

Jam autem idem fragmentum in cod. Venet. adjecta habet verba: *ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλόγοις.* Titulus hic non alibi memoratur, ut Ill. Heyne affirmabat, qui hanc obſervationem mecum communicavit; non tamen videtur eſſe dubium, quin Eratoſthenis liber ſit intelligendus, qui ita inſcriptus fuit.

At ne nimiam fidem conjecturis dare videamur, fragmentum adſcribam, cum Germanici interpretatione, qui tantum non ad verbum transtulit. Verba fragmenti haec ſunt: *Ἔνιοι δέ φασι τόνδε τὸν κατηστερισμένον κύνα, οὐκ Ὠρίωνος ἀλλὰ Ἠριγόνης ὑπάρχειν, ὃν κατηστερισθῆναι διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἰκάριος γένος μὲν ἦν Ἀθηναῖος, ἔσχε δὲ θυγατέρα Ἠριγόνην, ἥτις κύνα νήπιον ἔτρεφε. Ξενίσας δέ ποτε ὁ Ἰκάριος Διόνυσον, ἔλαβε παρ᾽ αὐτοῦ οἶνόν τε καὶ ἀμπέλου κλῆμα. Κατὰ δὲ τὰς τοῦ θεοῦ ὑποθήκας, περιῄει τὴν γῆν, προφαίνων, ὡς τοῦ Διονύσου χάριν ἔχων σὺν ἑαυτῷ καὶ τὸν κύνα. γενόμενος δὲ ἐκτὸς τῆς πόλεως, βουκόλοις οἶνον παρέσχε. οἱ δε ἀθρόως ἐμφορησάμενοι, οἱ μὲν εἰς βαθὺν ὕπνον ἐτράπησαν, ὀψέτε ἐγερθέντες καὶ νομίσαντες πεφαρμάχθαι τὸν Ἰκάριον ἀπέκτειναν. ὁ δε κύων ὑποστρέψας πρὸς τὴν Ἠριγόνην, δι᾽ ὠρυγμοῦ ἐμήνυσεν αὐτῇ τὰ γενόμενα. ἡ δὲ, μαθοῦσα τὸ ἀληθὲς, ἑαυτὴν ἀνήρτησε. νόσου δὲ ἐν Ἀθήναις γενομένης, κατὰ χρησμὸν Ἀθηναῖοι τόν τε Ἰκάριον καὶ τὴν Ἠριγόνην ἐνιαυσιαίαις ἐγέραιρον τιμαῖς. οἱ καὶ κατηστερισθέντες, Ἰκάριος μεν Βοώτης ἐκλήθη. Ἠριγόνη δὲ παρθένος, ὁ δὲ κύων τὴν αὐτὴν ὀνομασίαν ἔσχεν. ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης.*

